

L B-25-6

DISSERTATIO
DE RITU
ECCLESIÆ
NERITINÆ.

DERITU
ECCLESIAE
NERITINÆ

Exorcizandi Aquam in Epiphania

DISSERTATIO

SEBASTIANI PAULI

Congregationis Matris Dei


AD

ILLUSTRISSIMUM, ET REVERENDISSIMUM DOMINUM

ANTONIUM

SANFELICIUM

Neritinarum Antistitem.



NEAPOLI

Excudebat Felix Mosca MDCCXIX.

SUPERIORUM PERMISSU.



INDEX CAPITUM

Quæ in hac Dissertatione
continentur.

P A R S P R I M A.

CAPUT I. **O**ccasio scribendi . Sanfeli-
cius laudatus . Quid præ-
stare velit Author in hoc scribendi gene-
re .

CAPUT II. Baptismus olim Paschæ , &
Pentecostes solemnitatibus tantum celebra-
batur . Testimonia Sanctorum Patrum ,
Pontificum , & Conciliorum . Nec solum
Adulti , sed & Infantes quoque eo tunc
temporis baptizabantur . Locus Sancti Au-
gustini , & Concilii Antisiodorensis . Hu-
jusmodi moris rationes ex Balsamone , &
Zonara .

CAPUT III. Antiquissimus Ritus hic quo-
usque obtinuerit . Ad decimum secundum
seculum meminere Patres . Testimonium
Honorii Augustodonensis , & Ruperti Tui-
tensis . Refellitur opinio Josephi Viceco-
mitis ,

mitis, qui hunc morem octavo sæculo desisse scribit. Theophylacti locus expensus. Opinio Echii in hac re quanti existimata à Vicecomite.

CAPUT IV. Græci temporibus Paschæ, & Pentecostes ad Fideles regenerandos Epiphaniam addiderunt. Causa inquiritur cur id præstiterint. Sententia Ecclesiarum Orientalium de die Natali Domini. Epiphaniarum, & Natalis Domini una olim apud eos solemnitas. Epiphaniæ nomen unde. Quo tempore hæc una in duas solemnitates divisa fuerit. Chrysostomi locus. Franciscus Maria Florentinius laudatus. Omnes Christi apparitiones uno forsàn die olim celebrata. Ritus Ecclesiarum Occidentis. Græci Baptismum in Epiphania constanter retinuerunt.

CAPUT V. Epiphania dies Luminum dicta. Variæ hujus appellationis causæ proferuntur. Refelluntur Authores, qui festum Purificationis B.M.V. festum esse Luminum crediderunt. Baptismus Illuminatio dictus. Albaspinaci error. Allatius laudatur. Expenditur opinio Florentinii circa diem, in quo Nazianzenus orationem Quadragesimam

*nam habuit, quæ nuncupatur Ad sancta
Lumina. Festum Purificationis olim die
quincta Januarii celebratum. Origo Lu-
minum in Festo Purificationis ex Idelfon-
so. Quid de ea sentiendum. Cyrilli locus:
Ottius, & Hospinianus exploduntur.*

CAPUT VI. *Aquas Baptismi benedicendi
antiquissimus mos probatur contra Nova-
tores. Testimonia Patrum. De hora con-
secrandæ aquæ Baptismatis dissentiun-
tur tum Graeci, tum Latini, Authores.
Eorum dissensiones concordantur. Chry-
sostomi loca conciliantur. Petrus Fullo
Antiochenus constituit, ut aqua in vespere
benediceretur.*

CAPUT VII. *Duplex aquarum benedictio
in Epiphania apud Graecos. Quæ fue-
rit apud eos Magna, & Minor benedi-
ctio. Fontes perennes in vestibulis Tem-
plorum. Graecorum Religio erga exorci-
zatas Baptismi aquas. Pristinâ die jeju-
nabant, ut ex eis defecatiùs biberent. In-
firmis propinabant. Dominici vice corpo-
ris, & sanguinis hauriebant. Pœniten-
tibus sacra communione privatis, Cate-
chumenis item tribuebatur. Locus San-
cti*

*Et Augustini . Aliquot annorum spatio
incorruptam servatam testatur Chrysosto-
mus .*

CAPUT VIII. *Deleto ritu baptizandi Fi-
deles in Epiphania, ritus, tamen benedi-
cendae aquae longius obtinuit . Hodierno-
rum Graecorum usus . Urna aquae bene-
dicendae , ejusque Inscriptio in Cœnobio
Basiliano prope Rossanum . Mos spargendi
aquam lustralem ab Ethnicis derivatus .
In Ecclesia Nolana antiquitus aquâ ro-
faceâ Populus adspangebatur . Rosae , &
Columbae , & stipula accensa olim in die
Pentecostes supra Fideles immissa .*

CAPUT IX. *Aqua Baptismi cum aqua lu-
strali eadem olim . Minor aquarum bene-
dictio Alexandro Papae I. tributa . Se-
cundum alios ab Apostolis derivata . Neu-
trum pro comperto habetur .*

PARS

P A R S A L T E R A.

CAPUT I. **N**eritinam Ecclesiam ab Apostolorum Discipulis Episcopali dignitate decoratam testantur aliqui. Oeconomia Apostolorum in erigendis Ecclesiis Orientalibus, & Occidentalibus diversa. Petri ab Antiochia Romam properantis affecta. Praesules ab eo civitatibus dati.

CAPUT II. • Petri iter incertum. De Petri ad eos adventu digladiantur Italiae populi. Pateator concessisse probabilius. Argumentum autem ex actis Apostolorum desumptum levioris forsitan ponderis apud aliquos. Petri Romam adventum an secundo Neronis anno statuerendus. Quomodo fieri potuit, ut tunc temporis à Neritinis Fides, & Episcopus susciperentur.

CAPUT III. Ritum priorum Episcoporum Neritanensium Gracum fuisse crediderunt nonnulli, & cum Monachi Graci Constantini Copronimi persecutionem declinantes se se Neritum recepere. An sub illorum administratione in Ritum Gracum transferretur Ecclesia Neritina. An paruerit

edicta Phoca Imperatoris Latinitatem ritum
Japygiae, & Hydrunti provinciis inter-
dicentis.

CAPUT IV. Neritina Diocesis Græcas Ec-
clesias habuit. Syllabus earum ex relatio-
ne Johannis de Epiphaniis. Neriti etiam
Græci erant. Eorum Archipresbyter Græ-
corum vocabatur. Quodnam ejus munus.
Græci Albanenses hodiernum Archipresby-
teros habent, qui Latino Præsuli subji-
ciuntur.

CAPUT V. Ritus Græci in Ecclesiam Ne-
ritinam cum admissi. Evangelium Græcum,
& Latinam una cum Epistola ibidem le-
ctum. Conciones in utraque lingua habi-
te. Aqua in Epiphania exornata. Ordo
Constantinus adhibentis, & Ferrarii opi-
nio firmata. Cathedralis olim Ecclesiæ se-
niores dictæ. & in Picturis, & Li-
teris Episcoporum quid significarent.

CAPUT VI. Archipresbyter Galatrenensis,
qui aqua exornanda munus olim com-
mittatur. Protopapa dictus. Episcopi
olim Papæ dicebantur. Quando soli Pon-
tifici hujusmodi nomen tributum. Apud
Orientales Hieronymus, & Plebani Pro-
topa-

topapæ dicti . Id apud Brucios agitur
olim . Presbyteri quoque Papæ nuncupa-
bantur . Brucii literis publicis præmisso
segno Crucis subscribebant . Mabillonius
expensus . Cur Protopapa Galatenensis a-
quas benediceret . Galatenensis Collegiata
Graeci olim ritus . Officia Graecorum , quae
ibidem peragebantur ex MSS. Bibliothecae
Ghisianae . Cætus Graecus , & Latinus
alternatim habitus in Neritina benedictio-
ne . Exempla aliarum Ecclesiarum .

CAPUT VII. In aquis Neritinis Crux im-
mergebatur . Crux stationaria quae . In-
ter Cimelia Crux servabatur . Ea Cime-
lium quandoque dicta . Adorabatur apud
Graecos in tertia Dominica Quadragesi-
mae . Cimeliarchæ munus . Quis esset Pa-
trinus , qui Crucem ad fontem defererebat
incertum . Diaconum fuisse patet ex Ora-
tio , quod hameros tegebat . Orarium Dia-
conorum vestis . Hox Orarii à Latinis de-
sumpta . Balsamo , Durantus , & Blastar
expendantur . Usus deferendi Crucem cum
Oratio , & Caropalata . Orarium quan-
doque velum superhamerale dictum . Lo-
cus Gregorii in Sacramentaria perperam

à *Maeria emendatur.*

CAPUT VIII. *Exempla immersionis Crucis in aqua ex Ritualibus Graecorum, ac Aethiopum. Gracis quanta fuerit erga Crucem veneratio. Quàm iniquè contra eos crepent Haeretici. Aqua benedicenda in Ritu Neritino ipso Crucis ligno ter signatur in formam Crucis, & quomodo. Mos ut quidquid benedicitur, signo Crucis muniatur, in Ecclesia vetustissimus. Veteres Christiani quando Baptismum expetebant, Crucis signaculum expetere dicebantur. Galatenus Protopapa Fonti benedicens, Occidentem respiciebat, & cur. Insufflationes, & adjurationes ad Occidentem fiebant.*

CAPUT IX. *Graeci inverso à Latinis ordine se signant. Dextera, an sinistra honorificentior habita apud Veteres. Quae pars dextera in Ecclesia, & quae sinistra. In imaginibus qualis usus. Ecclesiarum Orientalium, & Occidentalium diversa constitutio. Frons, seu Templi apud Ecclesiasticos Scriptores. Antiochiae, & Romae Ecclesias primus Petrus aedificavit. Cur Graeci ab ingreditentibus*

tibus Ecclesiant Latini ab exeuntibus dextrum, sinistrumve latus animadverterent.

Ehangius in Glossario expenditur.

CAPUT X. *Dextera, & laeva pars ab eo quandoque petita, cui alter adhaeserat. Arrii haereses per sessionem Filii ad dexteram Patris Graeci Scriptores conficiebant, Usus hodiernorum Graecorum in immersione Crucis.*

CAPUT XI. *Sal in cultu legali Hebraeorum adhibebatur. Sal Sacramentum Catechumenorum dictum. Eulogiarum partes, quae Catechumenis tribuebantur. Graeci in Templis erecti orabant. Eusebii locus illustratur. Genua flectendi mos antiquissimus in Ecclesia. Recentiores Graeci vetustiorum exemplo tempora nonnulla exceperunt. An id ab Apostolis provenerit.*

TERTIA PARS.

CAPUT I. **Q**uid in tertia hac Dissertationis parte sit inquirendum statuitur,

CAPUT II. Dogma à Deo procedit. Illi nec quidquam addere, nec quidquam detrabere datum, & cur. Disciplina verò latioribus finibus patet. Eiusdem leges quandoque & saepius in Episcoporum arbitrio sunt. Varietas Rituum fidei non officit. Muratorius laudatur. Loca Patrum afferuntur. Unioni Graecorum, & Latinorum in Concilio Florentino nihil obstitit varietas rituum. Graeci nonnulli ritus in Ecclesias Latinas immixti.

CAPUT III. Cautè procedere debent Episcopi antequam admissos ritus obliterent. Quando nullum ab eis vereatur damnum, utique tolerandi essent. Exempla ex Ambrosio, Hieronymo, & Nicolao Primo desumpta. Ratio assignatur. Novatores Sacramentorum spectabiliores ritus exterminarunt, & quomodo. Si disciplina dogmati adversetur non sustinenda. Exempla ex Ecclesiasticis historiis.

CA-

CAPUT IV. *Consideranda Rituum origo . Ex Gentilium moribus quandoque effluxerunt . Plurimi ex his communi Ecclesiarum consensu recepti , ac sanctificati . Fuit ritus , & indecori , & qui ex errore aliquo vulgi emanarunt , avertendi ab Ecclesia . Illi præterea qui aliquando sanctiores in pravos abusus defierunt . Exemplum de Christianorum conviviiis . Ritus Neritonensis laudatur .*

CAPUT V. *Apostolica Sedes per suos Visitatores Neritinæ Ecclesiæ Græcos ritus confirmat . Philippus Hydruntinus Archiepiscopus Græcis ritibus infestus . Author opusculi de memorabilibus Ecclesiæ Hydruntinæ laudatur , & expenditur . Literæ Cardinalis Sanctorii ad Episcopum Neritinum . Conclusio operis .*

ALE.

ALEXANDER DE PODIO

*Rector Generalis Clericorum Regularium
Matris Dei.*

Cum Librum , cui titulus : *De Ritu
Ecclesie Neritinae exorcizandi aquam
in Epiphania , &c.* à P. Sebastiano de Paulis nostræ Congregationis Sacerdote compositum , duo ex nostris Theologis , quibus id commisimus examinaverint , ac in lucem edi posse probaverint , facultatem facimus , ut typis mandetur , si iis , ad quos pertinet ita videtur. In quorum fidem , &c. Romæ 8. Julii 1718.

Alexander de Podio Rector Gen.

Jacobus Micheli Secr.

Rev.

Rev. D. Januarius Fortunato Examinator Synodalis Curiae Archiep. revideat, & referat. Neap. 16. Julii 1718.

D. NICOLAUS CAN. ROTA PROVIG. GEN.

D. P. M. Giptius Can. Dep.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

Dissertationem hanc *de antiquissimo Ecclesiae Neritonensis ritu exorcizandi aquam in die sancto Epiphaniae*, Auctore Admodum Rev. P. Sebastiano Pauli Congregationis Matris Dei, jussu E. T. legi; eamque ut cætera eruditissimi Auctoris opera ad rectæ fidei, bonorumque morum amussim exactam reperi; proptereaque dignissimam judicavi, quæ ad antiquitatis cognitionem, sacrarumque rerum notitiam typis mandetur; si ita E. T. videbitur. Neapoli Idibus Augusti MDCCXVIII.

E. T.

Humillimus, Addictiss. & Obsequentiss. Servus
Januarius Fortunatus.

At.

Attenta retroscripta relatione Imprimatur.
Neap. 29. Augusti 1718.

D. NICOLAUS CAN. ROTA PROVIC. GEN.

D.P.M. Giptius Can. Dep.

U. J. D.

U. J. D. D. Michaël Amato videat, & in
scriptis referat.

GAETA R. MAZZACCARA R. ALVAREZ R.
GIOVENE R.

Provisum per S. E. Neap. 9. Januarii
1719.

Crostarosa.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Librum, cui titulus : *De antiquissimo
Ecclesie Neritanensis ritu exorcizan-
di aquam in die sancto Epiphaniæ, &c.* à Re-
verendo Patre Sebastiano Pauli latine con-
scriptum, Excell. Vestræ jussu attentè per-
legi. Profectò Auctoris ingenium, soli-
dam eruditionem, Antiquitatis peritiam,
ex Sanctorum Patrum præsertim, & Con-
ciliorum Voluminibus erutæ, demiratus
sum : nec non animi pietatem, sermonis
elegantiam, & scribendi nitidissimum
æquè, ac suavissimum stylum. Tantum
abest, ut in eo vel quid minimum, quod
Regiam Jurisdictionem offendat, aut bo-
nis moribus dissonet deprehenderim ; ut
potius

potius in eo Principum jura sartatecta con-
spiciantur, & mores ad Christianam, ve-
ramque pietatem informentur. Dignum
propterea existimo opus quod quam ocys-
simè typis edatur, dummodo Excellentiae
Vestrae accedat auctoritas. Datum Neap.
die XVII. Kalendas Febr. MDCCXIX.

Excell. Vestrae

Humillimas, obsequenss, atque addictiss. famulus
Michaël Amatus.

*Visa retrospectu relatione imprimatur, ve-
rum in publicatione servetur Reg. Pragm.*

MAZZACCARA R. ALVAREZ R. GIOVENE R.

Provisum per S. E. Neapoli die 18. Januarii

1719.

Grimaldus.

DIS-

DISSERTATIONIS

De Neritonensis Ecclesiæ

Ritu

A D

ANTONIUM

SANFELICIUM

Episcopum Neritinum

PARS PRIMA.



Eleberrimæ Neritonensis Ecclesiæ, quam Tu summo zelo, prudentiâ summâ, jamdiù moderaris, antiquissimum ritum, exorcizandi scilicet aquam in die sancto Epiphaniæ, ut tuò Imperio faciam fatis, illustraturus; nonnulla pauca profari, quibus dicenda majori luce per-

A

fun-

fundantur, pretium opellæ duxi. Ad rem enim per fontes, ut ajunt, indigitandam, quomodo hujusmodi ritus in Ecclesiam Græcam obtinuerit paucis inspicere in antecessum constitui. Secundum hæc quo pacto, quave ratione in Ecclesiam Neritonam derivaverit iis differam documentis, quæ vel è penitioribus Archivorum forulis aliis tineis, & blattis insumenda sedulo eruenda curasti, vel ab exterorum manibus multâ curâ, nec minoribus sumptibus vindicata. Ac illi unum honorificum, æquè ac tutum congesta locum Te sacræ Neritonensis antiquitatis veluti assertorem deprædicant.

Horum autem postremum satis superque per se clarum appareret, si sancta Neritonensis Ecclesia primis temporibus Græco ritu esset insignita. Id quod nonnullis sequiorum sæculorum monumentis, & celebriorum Scriptorum calculo firmatum, me quoque in errorem adduxit. Hoc habito errandi levamine, quod cum magnis Viris peccaverim. Sed cum re propius inspectâ, Neritinæ Ecclesie ritum
in

in suæ foundationis limine latinum fuisse
 appareat, quod nos inferius luculenter
 ostensum iri speramus, meritò mirari pos-
 sumus; cur inter nonnullos alios hic quo-
 que irrepsit mos, qui solis olim Ori-
 talibus Ecclesiis, & his, quæ Græco ritu
 utebantur, solemnitas erat. Licet succedenti-
 bus temporibus in quibusdam aliis Occi-
 dentalibus, præter Neritinam, invaluerit.
 Rationes pro viribus aperiemus, postquam
 paucis de hoc Græcorum more, ut dixi-
 mus, prænotatis ad institutum nostrum,
 nostrumque pensum datâ semitâ accedo-
 mus.

Sed hæc scriptitantes consumpti per-
 peram temporis criminabuntur, forsàn Erudi-
 citi: nostramque operam, utpote quæ
 actum agere videtur, suggillabunt. In dies
 ad stomachum usque exorientibus libris,
 qui alienis dictis in gloria, inutilique labo-
 re immorantur; & quædam prora, & pup-
 pis ex aliorum elucubrationibus conficiun-
 tur. Nec immerita obijcient. Quinimmo
 querelas ultrò occupamus, idque hæc in-
 viti Lectoribus largimur. Fatemur quia

nos eitrâ inanis gloriolæ cupiditatem, quid-
 quid in hac qualecunque sit Dissertatio-
 ne exposuimus, è probatissimis hausisse.
 Quidni? Nos ii sumus, qui in re tantope-
 re exagitata aliquid novi proferamus? Ve-
 rumtamen, bonâ veniâ dixerim, non om-
 nia omnes, nec omnes omnia dilucidè
 hâc de re scripsere. Parvo utique negotio,
 in nonnullis quæ addas, in aliis quæ re-
 prehendas, in multis quæ illustres repe-
 ries. Nos forsan aliquid horum præstiti-
 mus: idipsum, & Deus faxit, ab aliis
 propediem expectaturi. Sin minus, cona-
 tum saltem, studiumque nostrum ab *Te*
Præsal Humanissime Antonj Sanfelicij, pro-
 batum iri confidimus: quandoquidem
 iuvandæ Ecclesiasticæ eruditionis desiderio
 tecum abundè tenemur.

II. Nemo sanè in Ecclesiasticis rebus
 tam hospes erit, qui ad Baptismum so-
 lemniori ritu celebrandum duo antiqui-
 tatis designata fuisse tempora vel ignoret,
 vel ambigat. Eæc hæc Paschatis, & Pen-
 tecostes solemnes dies, in quibus tantum
 ampliori ritu, elegantiorique apparatu sa-

cro-

A

cro-

5
 tro sancta Baptismi mysteria peragebantur.
 Quod infinita pene dixerim testimonia Pa-
 trum evincunt. Horum agmen apud Ed-
 mundum Martene V.C. in libro 1. de *An-
 tiquis Ecclesie ritibus* ducit Tertullianus,
 cujus suffragio nil certiùs, aut antiquiùs
 profecti potest. *Diem*, inquit libro 19. de
 Baptismo, *baptismo solemniorem Pascha
 præstat, cum & passio Domini, in quo tin-
 guimur adimpleta est..... Exinde Penteco-
 ste ordinandis lavacris latissimum spatium
 est.* Quæ pariter solemniter baptizandi
 tempora designantur ab Hieronymo ad
 Pammachium *epistola* 61: ab Fortunato *li-
 bro* 3. *carm.* 7: ab S. Avito Arvernensi Epi-
 scopo in ipso Pentecostes die: ab Sancto
 Augustino Hipponensium Antistite *lib.* 22.
de Civitate Dei: & ab Sanctis Patribus Si-
 ricio, Leone Magno, & Gelasio, qui *Epi-
 stola* 9. universis Episcopis scribens: *bapti-
 zandi*, inquit, *sibi quisquam passim quo-
 cumque tempore nullam credat esse fiduciam
 præter Paschale Festum, & Pentecostes ve-
 nerabile sacramentum.*

Sanctis Patribus, summisque Ponti-
 fici-

ficibus adnecti possunt plurima Concilia id expresse decernentia. Adeat Lector, si libet, Concilii Gerundensis celebrati anno 517. can. 4. Antisiodorensis anno 578. can. 18. Matisconensis 11 anno 585. can. 4. Triburiensis anno 895. can. 12. Et in Parisiensi Concilio anno 820. decretum fuerat: quia manifestissimè patebat baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora legitima esse, ne ulli alii dies huic observantiæ miscerentur.

At non solum Adultos, sed & Infantes etiam his tantum in anno temporibus, si aliàs necessitas non urgeret, sacro regeneratos lavacro, quamquam excedere fidem videatur, veteres tamen historiæ, & Sanctorum Patrum monumenta demonstrant. Præterea quidquid ad hujusmodi morem firmandum adduci solet ex oratione 3. Gregorii Nysseni: ex Sancto Ambrosio de mysterio Paschæ cap. 5: ex Sancto Paulino Nolano in vita S. Ambrosii: aliorumque, quorum nomina videri possunt apud Josephum Vicecomitem *de antiquis Baptismi ritibus lib. 1. cap. 20.* Unus notis sufficiat Augusti-

gustinus in *sermon.* 160. in Dominica octa-
 va Paschæ. Illi pueri infantes, parvuli la-
 tantes, maternis uberibus inhaerentes, &
 quantum eis gratia conferatur nescientes, ut
 ipsi videtis, & ipsi habent octavas dies.
 Suppetit etiam Concilii Antisiodorensis
 locus cap. 18. ubi eos, qui extra Pascha sa-
 cris baptismi undis infantes tingunt, sacro
 ferit anathemate. Non licet absque Paschæ
 solemnitate baptizare, nisi illos quibus mors
 vicina est, & quos Grabatarios vocant. Quod
 si quis in alio Pago contumaciam faciente
 post interdictum hoc infantes ad Baptismum
 detulerit in nostras Ecclesias, non recipian-
 tur. Et quicumque Presbyter ipsos extra no-
 strum permissum recipere præsumpserit tribus
 mensibus a communione Ecclesiæ sequestratus
 sit. Qui ergo ab Pascha ad Pentecostes die-
 bus interjectis edebantur Infantuli, in sacro
 Pentecostes die, & qui ab Pentecoste ad Pa-
 scha, sacro ipso Paschatis die regeneraban-
 tur. Quo tempore, cum majus dierum in-
 tercederet intervallum, solemnius ampliori
 frequentia Baptizatorum celebrabantur sa-
 cro sancta mysteria. Quod respexisse Ter-
 tullia-

tullianum loco superius prænotato, eruditè admodum opinatur laudatus Vicecomes.

Hujusmodi moris, si sanctam Paschatis solemnitatem spectes, reddere videntur rationem Balsamon, & Zōnaras ad cañon.

45. Concilii Laodicensi. τὸ αἴγιον βάπτισμα, ἔχει
 ἑνός, τῆς τοῦ κυρίου καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐκείνου τοῦ κυρίου ἡμεῶν ἰησοῦ χριστοῦ, *San-*
ctum Baptisma est Typus sepulture, & re-
surrectionis Domini. Similia alter reponit:
 ἐν τῷ βάπτισμα τῆς τοῦ κυρίου καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐκείνου τοῦ κυρίου ἡμεῶν ἰησοῦ χριστοῦ.

Est namque Baptisma sepulture, & resur-
rectionis Dominice Typus. Quoad Penteco-
 sten, alteram Baptismi solemnitatem, erui-
 tur ab plurimis sanctorum Patrum homiliis;
 Christifideles eo tunc temporis regeneranti-
 bus aquis tinctos esse; quia in eos Spiritus
 Sancti gratia effundebatur. Quapropter su-
 per Baptisteria columbæ appendebantur
 mysterii causâ. Ad significandum scili-
 cet, ait Mabillonius *de Liturg. Gallican.*
lib. 1. cap. 9. Spiritum Sanctum, qui in co-
 lombæ specie super Christum Baptizatum
 spectabilem se præbuit.

III. Antiquissimam autem discipli-
 nam

nam his tantum temporibus baptizandi
 ad duodecimum usque sæculum obtinui-
 se in Ecclesia, & ex testimonio Ruperti
 Tuitiensis, & ex silentio sequiorum Scri-
 ptorum arguitur. Ejusdem nempe post-
 quam incunte sæculo secundo, ut patet
 ex Tertulliano, inolevit, usque ad duode-
 cimum meminere Patres: silentibus inde
 omnibus; vel certè antiquos, non verò
 suorum temporum ritus referentibus.
 Quarto sæculo recensetur, & probatur à
 Siricio Papa; quinto à Leone; Chry-
 sostomo, & Hieronymo; & vergente
 sexto à Concilio Antisiodorensi. Sub
 initium autem septimi, ejusdem memi-
 nit in suo Sacramentario Gregorius Ma-
 gnus. In octavo Triburiense Concilium.
 Qua ætate adhuc servari, teste doctissi-
 mo Pamelio in Annotationibus ad li-
 brum Tertulliani *de Baptismo*, indicant
 leges Caroli Magni, & Ludovici Impera-
 torum, quibus cavetur, ne quenquam Sa-
 cerdotes baptizent, excepto mortis articu-
 lo, præterquam in Paschatis, & Pente-
 costes sollemnitatibus. Quas sanctiones com-

B

ple-

plectitur volumen legum Pipini, Caroli
 Magni, Ludovici Pii, & Lotharii: easque
 ab Ansegisio Abbate collectas hucusque ser-
 vari testatur Rheanus. In nono sæculo si-
 milia habet Walafridus Strabo, & Regum
 Christianissimorum Capitularia, quæ in
 Capitulare in Salz datum anno 804. præ-
 scribunt, *ut nullas baptizare præsumat, ni-
 si in Pascha, & Pentecoste, nisi infirmi-
 tas intercefferit.* Quod & alibi repetitur.
 Postremo scripsere duodecimo sæculo Ru-
 pertus Abbas, & Honorius Augustodunen-
 sis, & uterque illorum præfatæ meminit
 disciplinæ. Hic in *Gemma Animæ lib. 2.
 cap. 116.* disertè scribit: *his in anno cano-
 nicè baptizari, in Pascha, & Pentecoste.* Al-
 ter in libro quarto de divinis officiis cap. 18.
 nuper ablatam consuetudinem innuit. *At
 postquam Christianitas crevit, & sagena ite-
 ra verbi Dei piscibus impleta est, quia pe-
 riculosum erat tantam multitudinem differ-
 re..... visum est Sanctæ Ecclesiæ passim
 baptizandi indulgentiâ concessâ, imò oblatâ
 tantâ anteverire periculâ.*
 Ex his porro, quæ hucusque disserui-
 mus,

mus, non audiendus videtur Vir aliis
 summe eruditionis, & multarum lectio-
 nis Joseph Viacomtes de antiquis baptismi
 ritibus lib. 1. capite vigesimo quinto. Do-
 cet clarissimus Author ultra Ludovici Pii,
 & Caroli Magni tempora morum baptizan-
 di in solemnibus Paschæ, & Pentecostes
 diebus non processisse. In sui vadimonium
 Teophylactum advocat noni sæculi scripto-
 rem, quotidiani baptismatis usum ad cap.
 10. Lucæ afferentis his verbis: *Quandie qui*
baptizantur liberantur à vitiis animæ,
oleo quidem unguente multo, statim autem
communicantes, & divini sanguinis partici-
pes fiunt. Alio autem rem advocandam
 crediderim. Non enim hic Teophylacto de
 Ecclesiæ consuetudinibus sermo est; sed
 gratiam Spiritus Sancti animabus eorum
 infundi quoque die baptizentur jure me-
 rito asserit. In id etiam totius orationis
 nervis incumbunt Chrysostomus Nazianze-
 nus, & Basilus. Quorum postremus om-
 nem diem, omnemque horam Baptismo
 opportunam dixit. *Ad Baptismi salutem,*
habet in exhortat. ad baptismum pag. 181.

colum. 2. edition. Parisien. 1609. *quodlibet tempus accommodatum est, sive dies sit, sive nox, sive hora, seu quodcumque temporis momentum etiam inimitissimum.* Et paulò superius dixerat: *Baptismi tempus vita hominis tota.* Attamen Basilii ætate morem baptizandi in Paschate, & Pentecoste viguisse adhuc, nemo ibit inficias.

Hujusmodi ritus desuetudinem commendarunt rationabiles nonnullæ causæ, vel quia plures negligentia, & oscitantia modò Parentum, modò Sacerdotum absque baptismo decedebant pueri, ut licet subodorari ex Socrate lib. 5. *hister. Eccles. cap. 19.* ubi scribit in Thessalia plurimos absque Baptismo mortuos, quod diebus Paschæ dumtaxat Baptisma fieri consuevisset: vel ob auctam Fidelium multitudinem, ut eruitur à Ruperto Tuitiensis loco superius laudato: vel demum quia quo citius baptizabantur Fideles, eo à peccatorum illecebris retrahebantur, cum Diabolo permissum sit minus eos, qui Christo initiantur, quàm qui nefariæ Idolorum superstitioni addicti sunt, ad peccandum

aliam allicere : Quam causam à Johanne
 Echio *homi. 12. de Baptismo* allatam , parvi
 facere videtur. Vicecomes *lib. 1. cap. 23.* In
 ejus suffragium ire non morabantur sa-
 pientiores . Aliam insuper memini me
 legisse . Undequaque enim conflante tin-
 gendorum Infantium multitudine : sequi
 interim circum Regenerationis lavacrum
 urgentibus Matribus, non raro evenerat,
 ut Pueri nudi, & tenellis artubus parum
 absimiles alterius Genitricis ulnis per Mi-
 nistros redderentur : unde postmodum ri-
 xæ, & turbæ non leves . Quod etiam ad
 obliterandam in Ecclesia Occidentali anti-
 quam in Baptismo immersionem fecisse sa-
 tis contendunt non inferioris subfellii viri.
 Si autem id quieti, & pietati illius ætatis
 in administrandis sacramentis conveniat,
 lubenter ab eruditioribus audiam . Quan-
 quam me non lateat id accidisse Isauriæ
 Ephesiorum, Hierosolymis, & alibi tem-
 poribus Julii, Innocentii, & Cœlestini
 Pontificum . Quapropter Conjuges in pœ-
 nitentiam separari cogebantur à copula.

Sed postquam pauca hæc de duobus
 pri-

primitus in Ecclesia Baptismo additis diebus recensuimus, jam ad Epiphaniae diem, munusque nostrum accedendum. Et utinam longiorem hanc, quàm majoris intelligentiæ causâ inivimus, viam naturae Criticos Homines non reprehendant.

IV. In memoriam autem dati à Johanne Christo Baptismatis in Jordane, Græci Antiquiores hujusmodi diem constituent, qui una cum diebus Paschatis, & Pentecostes tingendis in sacro Fonte credentibus destinaretur. Quod non animadvertisse Josephum Viceromitam in suis libris de antiquis Baptismi ritibus mirari non desim. Testatur autem hoc Menardus in Notis ad Sanctum Gregorium; scribens, moris esse apud Græcos, ut sacro Epiphaniarum die: *omnibus ad fontem convenientibus cum lampadibus, & thure, ibi multis precibus aqua benedicatur, tum ad Baptismum, tum ad varios usus Christianorum*. Id ipsum multò ante docuerat Valafridus Strabo de Rebus Ecclesiasticis cap. 26. *Alii quoque in Epiphania Domini baptiza-*

prizure voluerunt, quia eo tempore Dominus
 noster traditur baptizatus, quod & ipsum
 ab aliis prohibetur. Et patet insuper ex
 hoc Amalarii loco *lib. 4. cap. 33. de Theopha-*
nia: Nec non & viri Apostolici satagebant
Baptismum generalem transferri de presenti
festiuitate, in festiuitatem Pascha, & Pen-
tecostes, quem propterea multi certabant fre-
quentare in ista solemnitate, quia in ipsa
à multis creditur Dominus baptizatus esse à
Joanne. Quem morem ab Orientalibus Ec-
clesiis in Africanis etiam, teste Victore
Vitenfi de persecutione Vandalica lib. 2. &
in Gallicanis, teste Gregorio Turonensi
Histor. Francor. lib. 5. cap. 11. effluxisse lu-
culenter apparet.

At receptæ apud Ecclesias Orientales
 huiusmodi consuetudinis non mirabuntur
 hi, qui pressius earum disciplinam animad-
 verterint. Quod hic paucis ostendere no-
 stri muneris existimamus.

Ecclesiarum Orientis, & Græcarum
 olim fuit opinio, Christum natum esse die
 sexta Januarii: referente Epiphanio hæresi
 51. quæ est Alogorum. Certum qua pro-
 pter

pter est olim apud eos consuevisse hoc ipso die, & Epiphaniorum, & Natalis Domini solemnitatem celebrari. Refert Cassianus, inquit Isidorus lib. 1. de Officiis Ecclesiasticis cap. 26. *apud Græcos natiuitatem Domini, & Epiphaniorum solemnitatem non bisariè, ut in occidentis Provinciis; sed unius diei festiuitate celebrari.* Cassianus autem id non Græcis, ut asserit Isidorus, sed Ægyptiis tribuerat. *Intra Ægypti regionem, inquit Collator cap. 2. mos iste antiqua traditione seruatur: peracto Epiphaniorum die, quem Provincia illius Sacerdotes vel Domini Baptismi, vel secundum carnem natiuitatis esse definiunt: & idcirco utriusque Sacramenti solemnitatem non bisariè, ut in occidentis Provinciis, sed unius diei festiuitate concelebrant, &c.* Sed cum aliundè id ipsum de Græcis pateat, vera erit Gerardi Johannis Vosii sententia, qui in Dissertatione de Tempore Natiuitatis Domini num. 5. hac in re Græcis Ægyptios consensisse scribit. Impium Juliani inventum, quo in Galliis Christianorum Tempia adiuuit, ut simulatz pietatis, & Religionis larva

larvâ milites facilius eluderet, seque ex eorum grege unum effingeret, die Epiphaniæ sacro adimpletum narrat *lib. 21.*

Ammianus Marcellinus. *Et ut hæc inter celarentur, feriarum die, quem celebrantes mense Januario Epiphaniam dictitant; progressus in eorum Ecclesiam solemniter Numine adorato, discessit.* Zonaras nihilominus homo Græcus, juxta suæ Gentis morem, id in Dominico Natali die evenisse literis tradidit. *Αὐτὸς δὲ, τῇ γενεθλίῳ τοῦ Σωτῆρος ἡμέρας ἐπισυναΐας, εὐαγγελίζων εἰς τὸν ναὸν, καὶ προσκυνοῦσας, ἐν ἑμβόδῳ τοῖς τραπέζαις δοκῇ, ἀπῆλθεν.*

Ipse Natali Salvatoris Ecclesiam ingressus, adorato Numine, discessit; quo ejusdem, ac milites sententiæ esse videretur.

De Græcis item Asiaticis, & Syris scribens Epiphanius *lib. 3.* ait: Orientales Ecclesias non jejunare, καὶ ἡ ἡμέρα τῶν Ἐπρανίων ὅτε

ἐγενήθη ἐν σαρκὶ ὁ Κύριος: dies Epiphaniarum quando natus est in carne Dominus. Isidorus Pelusiota *lib. 3. epist. 110.* τὰ Θεοφάνια ἢ τὸ Σωτῆρος καὶ τὰ σάρκα γέννησις.

Theophania, Salvatoris secundum carnem nativitas. Theophaniæ autem, & Epiphaniæ vocem à Græcis indiscriminatum pro utraque usurpari, ostendit pluri-

C

mis

mis V. C. Allatius de Dominicis , & Hebdomadibus Græcorum , & Casaubonus Exercit. 2. ad Annales Baronii pag. 187. Cæterum Epiphaniæ nomen à Numinis apparitione secundum carnem derivatum putamus cum laudato Casaubono : licet nonnulli , inter quos Isidorus Hispalensis de officiis Ecclesiasticis lib. 1. cap. 26. utique comprobando etymo ; ad verbum *Φάν* , *lucere* , *splendere* , quod de fideribus dicitur , censeant reducendum. Suidas : *Επιφάνεια* , ἡ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ ἐνσαρκωθεὶς οὐρανοφάνεια . *Epiphania* , sive apparitio, est Servatoris nostri Jesu Christi Incarnatio. Nativitatem autem intelligit , quam solemniter apud veteres Patres vocabulo appellabant *οἰκονομία* , dispensationem, Epiphanius pag. 191. ἡ ἐπίφεια τῆς Ἐμπανίας, ἡ ἐν ἡμέρᾳ τῆς Χριστοῦ γενέσεως κατὰ σάρκα . *Dies Epiphaniarum est dies , quo natus est Christus secundum carnem*. Apertiùs Nazianzenus in oratione vigesima , *Theophania* , inquit , dicta sunt , quia ἱεὺς Θεὸς ἀνθρώποις διὰ γενέσεως apparuit Deus hominibus per nativitatem. Hieronymus autem libro primo Commentariorum Ezechielis capite primo rem advocat

vocat ad vocem illam, quæ Johanne Dominum in Jordane baptizante è Coelis intonuit. Absconditus enim ad eum diem Christus, tunc omnibus manifestius apparuit.

Postquam autem Dominicæ Nativitatis solemnitas die xxv. Decembris celebranda, ab Occidente in Orientem effluxit, Græcas paulatim Ecclesias in hujusmodi morem invexit. Temporibus Chrysostomi hoc factum videtur. Eximius enim Doctor in homilia de Natali Domini, quæ est trigesima prima ex illis septuaginta & una editis à Frontone Ducæo; testatur decennium tantum esse, ex quo Constantinopolitani sui, desertâ veteri de Dominicæ Nativitatis die, opinione, novam hanc amplexi sunt. *Ὁμολογῶντες ὅτι τὸ ἑορταζόμενον ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ δεκάτου τοῦ αἰῶνος ἔχουσιν.* Nondum annus est decimus, ex quo hic dies nobis innouit. Et ut in novis plerumque rebus evenire solet, receptam modò consuetudinem non pauci improbabant: eique veterem præferebant. Multis ubique de hoc die sermo; partim incusantium in eâ m. ist. quasi

novus sit, nuncque recens invecus; partim eundem propugnantium tanquam antiquum, & vetustum, &c. Chrysoftomo adnecti potest Nyssenius ejusdem ævi Scriptor: qui in Oratione de Natali Domini, de nova, integrèque suscepta celebritate ita non obscurè lætatur: *Nunc per totum Orbem habitatum, diem festum celebrantium concors auditur sonus.* Quod & erui fortassis potest à Lege relata in Codice lib. 12. de Feriis Valente, Theodosio, & Arcadio Augustis. Ex his videtur doctissimo Florentinio in Notis ad vetustius Martyrologium tolli posse Baronii hæsitacionem: qui in titulum Homiliæ Pauli Emeseni ex actis Concilii Ephesini cap. 13. fluctuat, an dicta fuerit 25. Decembris ipsâ die Natalis Domini: ut ex ipsius Homiliæ verbis eruitur. Aut enim, inquit ad annum 432. mendum est in titulo diei, aut Ægyptii, qui Natale Domini celebrare consueverant die sexta Januarii, usum pristinum relinquere. Ita planè. Cum enim Chrysostomus præfatam homiliam habuerit non amplius Antiochenus Presbyter, sed Constanti-

stantinopolitanus Episcopus ; ab ejus inaugurationis anno circiter 398. ad tempora Concilii Ephesini anni 431., tot dies effluxerunt ; ut jam nil mirum videri debeat , si Ægyptii cum Græcis à veteri illa consuetudine tunc abierant.

Cum autem Natalem diem Domini nostri Servatoris diei vigesimæ quintæ Decembris addixissent Orientales Ecclesiæ , infimul cum eo alias Christi Apparitiones , puta Magorum adventum , & fortassis Purificationem celebrarunt. Sacrum verò Christi Baptismum in sancto Epiphaniarum die recolendum reservarunt . Videndi Basiliius homil. 25. tom. 1. pag. 551. & Chrysostomus tom. 6. homil. 53. pag. 419. ubi de Natali Domini jam in diem vigesimum quintum Decembris relato differens , de Magorum adventu , tanquam tunc temporis Christum adoratum venissent aperitissimè meminit . Consonat Nazianzenus laudatâ superiùs Homiliâ , ubi Epiphaniarum diem solo Christi Baptismate celebrem esse docet . Et hodiernum etiam Græci , si Bollando ad diem sextam Januarii
fides

fides habenda sit, in ipso die Domini natalitio adorationis Magorum memoriam recolunt, & Epiphaniæ solemnitatem ejusdem tantum Baptismo addictam volunt. Certè in Menologio Græcorum adoratio Magorum in ipso die xxv. Decembris, non autem in die Epiphaniarum, seu Theophaniorum adnotatur. Menologium Sirleti apud Canisium tom. 2. *Antiq. Lect.* Die xxv. Decembris hæc habet: *Natale secundum carnem Domini, & Dei Salvatoris nostri Jesu Christi: eodem die adoratio Sanctorum Magorum.* Horologium græcè impressum, cujus copiam fecit eruditissimus D. Eustachius Caracciolus Clericorum Regularium Neap. in Sanctorum Apostolorum Collegio Præpositus, Vir summæ comitatis, & eruditionis, die xxv Decembris hæc exhibet: *Ὡς Παρθένης σήμερον τὸ ὑπερούμιον πέται· καὶ ἡ γῆ τὸ σπύλαιον, καὶ ἀπερόπτη προσάγει· Ἄγγελοι κατὰ ποιμένας δεξιολογῶσι· Μάγισ δὲ κατὰ ἀστέρας ἰδιωτοῦσιν· διὰ ἡμᾶς γὰρ ἐκινήθη σωσίς· οἷον νῆος ἡ τοῦ αἰῶνος δις. Hodie Virgo supersubstantialem parit, & Terra speluncam aperit ineffabili, Angeli cum Pastoribus glorificant; Magi verò cum Astro iter peragunt.*

gunt. Propter nos enim natus est novus Infans, ante secula Deus. Occidentalis verò Ecclesia quanquam nec Baptismum, nec Nuptiarum prodigium neglexerit; præcipuè tamen adventum Magorum, & in ipsis ad Gentes Domini apparitionem celebravit. Quod patet ex Homiliis Sanctorum Patrum Augustini, Leonis, Maximi, & aliorum. Quanquam in Ambrosiana Ecclesia, ut observat laudatus Florentinius, Baptismi potius, & miraculi Nuptiarum, quam Magorum adventus solemnitas perageretur. Eruitur id à sermonibus quinque Divi Ambrosii ad Populum. In quibus per Baptismum semper, & conversionem aquæ in vinum manifestatio Domini celebratur.

Jam ergo ex dictis clarè patet cur Græci antiquiores Paschatis, & Pentecostes festis diebus Epiphaniam quoque ad conferendum populis Baptisma addiderunt. Hujusmodi solemnitatem tanti eos fecisse par erat: in ea enim apud ipsos Christi secundum carnem Nativitatis, Baptismatis, & Magorum adorationis recolebatur

tur memoria. Nec hujusmodi mysteriis bifariam divisis, defuit eis causa ulterius administrandi Baptismatis. Christi enim Baptismi, ut vidimus, anniversariam recollectionem celebrabant: satisque congruum visum, ut tunc temporis Fideles etiam ad ejus imitationem tingerentur. Quapropter Epiphaniæ Festum prævio jejunio decorarunt, & exorcizatas Baptismi aquas summâ religione coluerunt: ut nos inferius videbimus. Quinimmo admissæ, ac receptæ aliquando consuetudini tam strictè adhæserunt, ut fateatur Goarius in *Notis ad Euchologium pag. 467. §. 1.* nec Siricii Papæ verba ad Himerium Tarraconensem Episcopum literas dantis, ac temeritatis incusantis eos, qui in Christi Theophaniis baptizabant, neque alia subsecuta decreta à Pamelio in *cap. 19.* Tertulliani de Baptismo adducta, minùs movisse Orientales, ut morem Baptismi in Epiphania celebrandi diù obtentum repudiarent. De interdicto autem à Pontificibus Epiphaniæ Baptismo, leges apud Petrum Blesensem *serm. 13.* hanc, quam hic describimus causam, ut
 eam

eam quanti volunt faciant Eruditi . Nos
certè utroque eam pollice non probamus.
*Fuerunt Hæretici, qui dicerent super illum
locum, & Jesu baptizato, & orante, Je-
sum orasse, ut hi tum acciperent Spiritum
Sanctum, qui eadem die baptizarentur, quo
& Christus Ut hæresim illam vehemen-
tius extirparet Ecclesia sub anathemate in-
terdixit, ne aliquis die Epiphaniorum ba-
ptizet, si articulus necessitatis non interci-
dat .*

V. A sacrosanctis autem Regeneratio-
nis mysteriis in ipsa solemniter celebratis,
Epiphanix dies, dies *φῶτος* *Luminum* à
Græcis appellatus est. Typicon hæc habet:
ἡ δὲ τοῦ τοῦ ἀγίου τοῦ πνεύματος τῶν ἁγίων φῶτος . Notitia
benedictionis, quæ fit in vigilia Sanctorum
Luminum . Et Gregorius Nazianzenus ora-
tionem trigessimam nonam ad *Sanctum Lu-*
mina nuncupat. Quam habitam esse hoc
die patet, cum ex testimonio Baronii in
annotationibus ad Martyrologium Roma-
num die 2. Februarii; tum ex ipsius Ho-
milix verbis.

An vero in hujusmodi appellatione,

D

vel

vel cæremoniã baptizandi aliquam, vel quodquam aliud mysterium respexerint, non satis liquet. Nonnulli rem deferunt ad ipsam Baptismi vocem, quod Græci φωτισμα *Illuminationem* appellant. Quod enim Latini Baptismo ablui dicunt, id Græcis φωτίζεσθαι est *illuminari*. Unde eis etiam Νεοφώτιστοι. *recens baptizati*. Antisthenes ad Can. XLV. laudati superius Concilii Laodicensi hæc habet: Οὐδὲν δὲν μετὰ τοῦ τῆς τεσσαρακοστῆς ἰσχυρίζεσθαι εἰς τὸ φωτισμα δέχεται. Οἱ φωτίζονται ἐν τῷ ἀρχῇ αὐτῆς νηστεύουσιν. *Post duas Quadragesimæ hebdomadas, ad illuminationem quousvis admitti non oportet. Ab ipso enim principio jejunare debent.* Hinc obiter observa, quàm latè erraverit Gabriel Albaspinæus Episcopus Aurelianensis in libro 2. Observationum de veteribus Ecclesiæ ritibus, Observatione prima. Ibidem duo pœnitentiæ genera distinguens, unam quæ ante Baptismum, alteram quæ postea Catechumeni subibant; negat, & pernegat secundam hanc impositam esse à quovis, sed tantum ad arbitrium, & voluntatem baptizandi sibi met à seipso irrogatam. Cum à laudato canone jejunium baptizandis impona-

ponatur. Quod & à Concilio Carthaginen-
si IV. can. 85. expresse jubetur : & testa-
tur Socrates lib. 3. cap. 17. Sed jam ad castra
redeamus. Huic sententiæ calculum suum
addit clarissimus Allatius de Dominicis, &
Hebdomadibus Græcorum. Rationem red-
dit Justinus Apol. 2. quæ est prima, & quam
licet nescio quâ prurigne contradicendi
hodie à nonnullis ingeniis sollicitetur, nos
cum Veteribus genuinam agnoscimus. αἱ

ἐπισημαίνοντες τὴν διαίαναν τῶν πάντων μυσταγωγῶν. Ideo Ba-
ptisma dicitur φωτισμός, quod eorum, qui hæc
discunt, mentes illuminentur. Ludovicus au-
tem de Dieu animadvers. in Epistola ad
Hebreos cap. 5. fol. 741. voce Φωτισμός alludi
dicit ad Hebreum כְּנֶחֱמָה denotans fluvium.
Nam, ait, qui ad fluvium Baptismi Christi
accedit, illuminatur, invenitque fluvium, non
tantum aquæ elementaris, sed aquæ vivæ
profluentis de ventre : de quo Christus in
Joanne 7. 38. Paganinus Gaudentius de
Dogmatibus, & ritibus, Parte alterâ cap. 5.
pag. 126. animadvertens candidis vesti-
mentis, quibus recens baptizati indueban-
tur, signum dari lucis per Baptismum

D 2

acce-

acceptæ ; ab ipsis vestibus *Illuminationis*, & *Luminum* diei vocabulum censuit derivatum. Huëtius V. C. multisque sanè nominibus laudandus in *cap. 17.* libri secundi Alnetanarum Quæstionum, Baptismum *Φάτισμα* dictum opinatur à lumine illo cœlesti, quod fulsisse cum Christus baptismo à Johanne lustraretur, vetus Ecclesia constanter tenuit. Haustâ opinione non ab Evangelio, sed à voce Patris de cœlo editâ, cum qua simul adfuisse splendor creditus est. Idem quippe evenisse meminerant, cum nascente Christo divinæ illæ voces adlocutæ sunt Pastores, & cum Paulum Damascum contendentem divina item vox compellavit. Potiorem autem Authorum partem sibi vendicant Cerei illi, ac Lampades, quæ à recens baptizatis deferbantur: unde Baptismi dies, *dies Luminum* nuncupatus. Cyrillus Hierosolymitanus in Procatechesi *fol. 1.* disertè vocat has *Νυμφαγωγίας λαμπάδες sponsales lampades*. Locus hic est: *Ὁνοματογραφία τίς ὑμῶν γίνεται, καὶ στατοῖα κλῆσις, καὶ νυμφαγωγίας λαμπάδες*. redditus à Johanne Grodecio penes Johannem Faes de cereis Baptis-

ma-

malibus pag. 157. *Nomina jam in Christi militiam vocati dedistis, & sponsales Lampades vobis donatæ.* Hinc argue quàm oscitanter scripserit Hospinianus de origine Festorum pag. 43. infensus nostrarum Cæremoniarum perpetuus hostis: *Lumina ubique in die Epiphaniorum accensa in memoriam ejus Stellæ, quæ Magis in Oriente apparuit.* Nil minùs. Græci enim, ut superius innuimus, Stellæ apparitionem, & Magorum adventum in die Natali Domini celebrabant: solumque Christi Baptismum Teophaniorum diei addixerunt. Cum neutris autem ex allatis modò sententiis nobis pugnandum est. Cum enim de re dubia congredieremur, in incertum semper utrinque victoria foret.

Doctissimus Pamelius in Annotationibus ad Cyprianum, Daniel Gresserus in Evangelio de Purificatione, Galesinius in suo Martyrologio contendunt *Festum Luminum*, Festum esse Purificationis, seu *Occursus Domini*, quod Græcè *ἐπιφάνεια* dicitur. Sequenti forsan Xilandrum in Notis ad Cedrenum, qui Festum Purificationis

nis

nis Latinorum , credidit Festum Luminum Græcorum. Viris , & equis dissentit Allatius : qui loco superius laudato , postquam docuit solemnitatem quoque Purificationis luminibus peragi olim consuevisse , subdit : *attamen nomen à Lumine non Occursus Domini , sed Epiphania consequuta est : ideoque vel solo ~~pro~~ prolato nomine non alius , quam hic dies Festus apud Græcos intelligitur : non ita tamen ut Epiphaniæ , aut Theophaniorum nomen amiserit*. Nos tanto viro assentimur : præsertim cum Patres nonnullos , qui græcè de Festo Purificationis scripsere , nunquam illud *Luminum* nomine appellasse animadvertamus. Hypapante enim Domini vocatur ab Gregorio Nysseno , ab Metodio Episcopo Patarenfi , quem nonnulli cum Bellarmino perperam Martyrem dicunt , ab Cyrillo Episcopo Hierosolymitano , ab Johanne Chrysostomo in homilia edita à Frontone Duceo tom. 6. operum , ab Nicephoro Callisto lib. 17. cap. 28. ab Theophane anno 15. Justiniani , & ab aliis , quorum hic congregere nomina hominis esset & suo , & leg-

gen-

gentium otio abutentis . Consonant omnium & Latinorum , & Græcorum Martyrologia , in quibus ad secundam Februarii diem nec ulla quidem de Festo Luminum . Extat inter opera nonnulla Adæ Abbatis Perseniæ , quæ publicâ luce donavit Hippolytus Marracius nostræ Congregationis Sacerdos, editis in Virginis cultum libris orbi Literario jam notus , sermo de *Purificatione Beate Mariæ* . Ibidem sub initium legitur: *Ad festum Luminis mente luminosâ colendam invitat Pater luminum filios lucis* . Sed nil inde contra nostram , quæ est Allatii assertionem . Pius enim Scriptor , non diem Purificationis festum Luminum dixit ; sed Populos ad solemnitatem celebrandam Christi Redemptoris in templo præsentati invitat , quem verbis ipsis Simeonis Prophetæ , hâc eadem occasione prolatis, *Lumen* vocat .

Oppositam verò sententiam tuentur nonnulli oratione quadragesimâ Gregorii Nazianzeni , habitâ in sacrum Baptisma : cujus initium hæc apertissimè habet : *Heri splendidum luminum diem celebravimus , salutem*

lutem enim nostram prosequi conveniebat .
Hodie de Baptismo , & beneficio hinc ac-
cepto ad nos manante differemus . Quis autem
 hujusmodi Luminum dies , quem ante Ba-
 ptismum Domini celebratum fatetur Gre-
 gorius ? Aquam diù mihi hæsisse profiteor ,
 postquam legeram apud Florentinium in
 suo Martyrologio diem esse Purificationis ,
 seu Occursus Domini . Cum enim in vetu-
 stissimo suo Hieronymiano , quod vocant ,
 Martyrologio Nonis Januarii legisset : *In*
Hierosolyma Simeonis Prophetæ , cum obtulit
ei Dominum Jesum Christum Maria , & Jo-
seph ; rhodum hîc , & saltum vidit Floren-
 tinus . A quo sese eruditè pro more ex-
 pediens , festum Occursus Domini , alterum
 à festo Purificationis Beatæ Mariæ , die
 quintâ Januarii celebratum olim opina-
 batur : & prædicti Martyrologii , & supe-
 riùs exscriptâ Nazianzeni auctoritate fre-
 tus .

Si primum testimonium spectes ; con-
 sonat Martyrologio Florentiniano Corbe-
 jense Martyrologium : in quo sicut ovum
 ovo similia leges . Consonat etiam vetu-
 stissi-

stissimus quidam Ordo, seu mavis dicere, Indiculus Græcorum festorum, quem ego manu antiquissimâ exaratum vidi in Cœnobio Rossanensi: curante eximiæ humanitatis, & eruditionis Viro Abbate Ignatio de Lauro Rossanensi Patricio, ac ejusdem Ecclesiæ Thesaurario, apud quem diversati fuimus. In eo sub die quinta Januarii habetur: ἡ ἐπεομένη τῇ Σωτηρίᾳ ἡμῶν, *Oc-cursus Salvatoris Nostri*. Purificatio autem Beatæ Virginis Mariæ, ut in Florentiniano, in secunda Februarii die adnotatur. Consonat demum quidquid nos superius disseruimus: omnes scilicet Christi Apparitiones ab Græcis vetustioribus in ipso Epiphaniarum die, vel saltem circa ipsum commemoratas.

Si alterum testimonium excutis, & ad lancem revocas, levius reperiēs. Præfidentius enim dicam, dummodo pace tanti viri dixisse liceat, nullo pacto Purificationis diem respexisse Nazianzenum, cum hesternam suæ orationi festivitatem, *Festum esse Luminum* pronunciavit. Sancti etenim viri orationem perlegendibus,

E

Sole

Sole clarius apparebit, habitam esse altero à Festo Epiphaniæ die: quem appositè, & ad rem nostram Festum Luminum nuncupaverat. Nec negotium facessere debet in ea iteratò consultum iri Fideles, ut tunc sacro Regenerationis fonte tingerentur. Vel enim Nazianzenus arguebat eos, qui sentientes cum Novatianis baptismum detrectabant ad finem usque vitæ: vel in Epiphaniæ solemnitate per octo dies Baptismi mysteria celebrabantur apud Græcos: uti in festivitibus Paschæ, & Pentecostes usuveniebat. Ut benè notat Rhenanus ad Tertull. de Baptismo *cap.* 19. & in lib. de Corona Militum *cap.* itidem 19. Nihil autem apertiùs istis verbis Victoris Papæ *epist.* 1. ad Theophilum Alexandrinum: *A quartadecima verò Luna primi mensis, usque ad vigesimam primam ejusdem mensis, eadem celebretur festivitas: eodem verò Baptismus est celebrandus Catholicus.* Quapropter Vossius *disput.* 16. de Baptismo, Vicecomitem vellicat, ac perstringit, quod Sabbato tantum, sive vigiliâ Pentecostes, & Paschatis baptizatum dicat. Omnia enim quæ

quæ congerit ibidem Vicecomes ex Chry-
 sostomo, Paulino, Albino Flacco, atque
 aliis, sicuti evincunt in pervigilio Paschæ,
 & Pentecostes tingi solere; ita Paschali ipsâ
 festivitate, atque adeo totâ ipsâ hebdomadâ
 nusquam, aut nunquam baptizatum, mini-
 me demonstrant. Cæterum ab eodem Na-
 zianzeno diem Epiphaniæ, *diem Luminum*
 nuncupatum patet ex ejusdem orationis
 loco. Sese enim contra Baptismum pro-
 crastinantes exonerans, eorum utitur verbis,
 ut contumaces, & proprio ejugulet gladio,
 & suismet calculis enecet. *Diem Luminum*
expecto, Paschatis pluris facio, Pentecosten
expectabo. Cum Christo baptizari præstat:
cum Christo in Resurrectionis die ad vitam
redire: Spiritus adventum honorare.

Ad explodendam autem Florentinii
 opinionem, Allatiique assertum tuendum
 aliam profectò viam iniveram. Namque
 ex Ildelfonso sermone primo clarissimè
 eruitur morem deferendi lumina in festo
 Purificationis tunc inolevisse, quando Ro-
 mæ hujusmodi Festum die secundâ Janua-
 rii celebrari cœpit: mutatâ in Christianam

Religionem superstitiosâ consuetudine lustrandi facibus , & luminibus Civitatem eo mense , quem Pagani Februo , idest Plutoni nuncupaverant. Christianam enim Fidem facilius admissum iri sperabant vetustiores illi pique Patres ; si eâdem operâ impias gentium solemnitates delerent , & novas instituerent , quæ ad Dei cultum pertinerent . Ex quo evenit primis illis temporibus non semper Sanctorum vel natales , vel emortuales dies exactè observatos . In eorum enim celebritate uni diei assignandâ aliò quandoque intuebantur Institutores : idque præcæteris studuisse eos constat , ut dies solemnes ex ritibus Paganorum in meliorem usum converterent .

At si Lumina in Purificatione tunc primum in usum data , cum hujusmodi festum Romæ institutum fuit , quod præter Ildelfonsum , tenent Beda de Tempor. ratione *cap. 10.* & S. Eligius *homil. 2.* idque evenit teste Sigeberto anno 542. cum diù Nazianzenus in vivis esse defierat ; oscitantis propemodum esset asserere ab eo Purificationis Lumina designata , cum diem

Lu-

Luminum celebratum dixit.

Sed hujusmodi mentem exui statim ac animadverti, non adeo purum, ac illime esse quidquid de origine horum Luminum commentatur Ildelfonsus, & ex ipso non pauci. Cyrillus enim Hierosolymorum Antistes, qui anno 350. floruit, in sermone de Domini nostri Salvatoris Occursu apertissimè annuit Lampadarum, & Cereorum usum jamdiu in eodem Festo obtinuisse: *Letis gaudiis, ait, vero Lumini lampades accendamus --- Una cum Sion manibus præferentes faces obviam procedamus. Læto, festivoque habitu festivè lampades perornemus. Ut Filii lucis vero Lumini Christo cereos offeramus: siquidem ille, Lumen ad revelationem gentium, mundo exhibitus est. Idcirco velati Lumina è Lumine nive splendidiùs fulgeamus. Obviam Deo omnes hodie exeamus, jugique jubilo, quæ sunt festivitatis colamus. Cum Angelis ducamus choros, cum Pastoribus lucis radiis perfundamur; cum Magis adoremus; cum Bethlehem festum agamus diem; cum Sion occurramus; cum Templo sanctificemur; cum Virgine exultemus;*

mus ; cam Joseph veluti duas turturas , corpus , & animam offeramus . Scio autem hanc de Occursu Domini orationem Cyrillo à nonnullis abjudicari , & pro subditiis censerì . Qui attamen fateri non verentur , synchroni alicujus esse Authoris , & venerandæ idcirco antiquitatis , & fidei . Quod & ad rem nostram , & ad monstrandum minus aptè Ildelfonsum expiscatum luminum originem , satis esse constat .

In exscriptum autem locum duo censeo animadvertenda : quæ æquè , ac mihi pressius illum pensitantibus obviam erunt . Primò quàm infirmo , ac iniquo brachio in Baronium invectus sit Henricus Ottius Calvinista , dum diuturnum cereorum usum in Ecclesia recens invectum autumat . Cujus erroribus eâ , quâ solet , eruditione , ac pietate occurrit Eruditissimus Muratorius in dissertatione xvi. Anecdotorum Latinorum . Magni Viri sententiam firmant modo Cyrilli , si ille ipse est , verba : à quibus diurno etiam tempore cereos , lampadasque accensas , sacrisque mysteriis advectas apertissimè docentur ii , qui
dum

dum nostra minus amant, minus etiam sapere videntur. Secundò, aut ægrè video, aut ex iisdem Patris verbis roboratur sententia clarissimi Florentinii, in quam & ego superiùs deveneram; quod scilicet quandoque apud Græcos vel in ipsâ Theophaniâ, vel paulò ante ipsam, omnes Christi manifestationes recolerentur. Nativitas, inquam, Magorum Adventus, & Occursus Domini. Dum enim hortatur Cyrillus Fideles *ad ea, quæ sunt FESTIVITATIS* colenda, conjunctim & Natalem Domini, & Epiphaniarum diem, & Purificationis festum commemorat. Quod idem est, ni fallor, ac annuere unam tantum solemnitatem pluribus Christi apparitionibus decoratam. Gregorius Nyssenus, Scriptor Cyrillo cœvus, similia habet in homilia de Occursu Domini *pag. 469.* suorum operum editionis Colon. Agrip. anno 1617. Ibidem, Laurentio Sifanio Interprete, Nativitatis, & Occursus Domini meminit; annuitque eodem die Fideles sacri Baptismi undis ablutos esse. Hos enim alloquens; *Venite vos quoque, ait, Patres, & Fratres*

tres spirituales, qui divinâ regeneratione sacri Baptismatis veterem hominem, qui juxta concupiscentias fraudulentas corrumpebatur, deposuistis, & novum, qui renovatur ad agnitionem juxta imaginem Creatoris induistis, &c. Unde Florentiniano Martyrologio fides, Nazianzeno lux major, & clarissimi Allatii de die Luminum effato, firmitas validior accedit. Sed ne in unâ re putidus videar, pluribus parco: meque ad Epiphaniarum Baptismi aquas revoco.

VI. Ad tingendos enim in sacro Regenerationis lavacro eos, qui Christo nomina dederant, ipsâ Epiphaniarum die, vel in diei pervigilio, Aqua jam parata debuerat exorcizari. Quod contra Novatores nonnullos, qui tenebras veritati inutili conatu effundere satagunt, innumera antiquorum Patrum evincunt testimonia. Dionysius Areopagita Apostolorum, ut dicitur, auditor, varios Baptismi ritus explicans in libro de Ecclesiast. Hierarchia, hæc habet: *Ad matrem adoptionis venit, ejusque sacrâ appellatione, invocationeque sanctificatis aquis: cum eas trinâ unguenti*

ti

*ti perfusione perfecit, virum ad se portari jubet . At quia apud eos laudati Auctoris opera subleſtæ ſunt fidei , alterique Dionyſio ſive Corinthio , ſive Alexandrino , ſive poſterioris , & quinti ſæculi Auctori alicui adjudicata , (quod & alii nullo non moto lapide imponere ſtudent , quorum tamen ſententiæ ut calculum apponerem à me nunquam impetrare potui) ; audiamus hac de re Baſilium priorum ſæculorum Scriptorem *Commentar. in psalm. 28. In uniuerſo Orbe Baptiſmatis adminiſtratur myſterium divinâ invocatione aquarum ſanctificante Naturam . Et in libro, de Spiritu Sancto : Benedicimus baptiſmatis aquam , & Unctionis oleum : inſuper & baptizatum . Quibus verò ſcripturis edocti ? Nonne à ſilenti , & ſecreta Traditione ? Cujus ſacræ conſuetudinis antiquitatem Cyrillus Hieroſolymitanus teſtatiffimam reliquit his verbis ex *Catecheſi 3. deſumptis .* ὡς πρὶν καὶ τοῖς βαπτίσις περιεφερόμενα τῇ φύσει ὄντα λιτὴ , μεμολυσμένα ἵγχε-
ται τῇ ἐπικλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος , οὕτως ἀπνευστίας τὸ λιτὸν ὕδωρ Πνεύματος ἁγίου , καὶ χειρὸς τοῦ ἐπικλησάντος λαβὼν δύναμις ἀγί-
της ἐμπνέεται . *Nam ut illa , quæ in aris offe-*

F rum-**

runtur , quum naturâ sint pura , invocatione Dæmonum impura efficiantur , sic contra aqua simplex per Sancti Spiritus , & Christi & Patris invocationem , acceptâ virtute , sanctitatem consequitur . Cæteris parcimus : quum undequaque in Latinorum , & Græcorum Patrum voluminibus hæc reponantur ; ut planè cæcutire ament , qui ea non viderint . Cui tamen Lectorum major exemplorum nubes placeret , adeat is Petrum Corcyræum Presbyterum *lib. 3. cap. 23. de Concordia Ecclesiæ Orientalis , & Occidentalis in Sacramentorum administratione.*

Dissentire inter se videntur tum Græci , tum Latini Auctores , dum de horâ antiquitus consecrandæ Baptismi aquæ loquuntur . Alii enim mediâ nocte , alii ad horam nonam hoc factum scribunt . Ita ut illorum ætates diligenter supputanti videri possit primùm non definitam esse , nonæ inde finibus circumscriptam , postremò iterum liberam . Metaphrastes de vita Sancti Stephani Papæ , dum Nemessii Baptisma narrat , horâ vespertinâ aquam
con-

consecratam dicit. Cui adnecti potest Auctor Ordinis Romani titulo de die Sabbati Sancti: Albinus Flaccus de divinis officiis *cap. 19.* & Amalarius Fortunatus *lib. 4. cap. 28.* de Ecclesiasticis officiis: *Notandum est*, inquit, *quod eâ horâ diei nunc celebrat Sancta Ecclesia Baptismum, quâ horâ Angelus venit ad Cornelium.* Hæc nona erat, sive tertia pomeridiana. Auctor Gemmæ Animæ *lib. 3. cap. 112.* scribit: *Ideò ad Nonam Baptismus agitur, quia horâ nonâ Christus expirasse commemoratur.* Johannes Chrysostomus in epistola ad Innocentium Pontificem referens Theophilum projectæ audaciæ Virum, perfricatæque frontis Hominem tumultum in Ecclesia Constantinopolitana excitasse, id evenisse scribit vergente in vespertas die: quum mulieres ad sacrum Baptismi fontem, ut moris erat in Sabbato Sancto Paschæ, sacramentum suscepturæ convenissent. *Nobis enim*, ait, *hæc ipsa, quæ antea dixi, prætendentibus, repente multitudo militum ipso magno Sabbato, quum jam in vespertas vergeret dies, Ecclesiam ingressi, Clerum omnem*

qui nobiscum erat, per vim eiecerant, armisque veneranda obsidebantur Altaria. Mulieres, quæ intra Ecclesiam, ut baptizarentur, sese veste nudaverant, per id temporis nude fugiebant, metu acerbissima huius confusionis impulsæ, &c. Nec defunt alii, qui noctu Baptismum habitum asserant. Caussam egregiè orant Paschasinus Episcopus epistol. ad Leonem Papam: Gregorius Turonensis lib. 5. *Histor. cap. 11*. Rabanus Maurus lib. 2. de institutione Clericorum cap. 39. Quod expressè innuit Rupertus Abbas lib. 6. cap. 24. de divinis officiis. *Quis enim dies, inquit, nocte hac insignior: quæ alia nostra est Neomenia, nisi illa, quâ hâc nocte in Christum per Baptismum renascitur nova Ecclesia*. S. Augustinus de Symbol. ad Catech. Neophytos compellans inquit: *Quid est, quod hâc nocte circa vos actum est, quod præteritis noctibus actum non sit?*

Hæ autem, & aliorum Auctorum disensiones optimè tolluntur, & ab Josepho Vicecomite de antiquis Baptismi Ritibus lib. 1. cap. 26. & ab Johanne Faës de cereis

reis baptismalibus *cap. m. 9.* Vel enim ipsam horam nonam, noctem dicebant, tanquam terminus esset, à quo ipsa nox ducebat initium; vel Baptismus ob multitudinem Candidatorum subortam à nona inceptus, ad seram usque noctem protrahebatur. Postremum Juvenino de Baptismo *dissert. 2. qu. 10. cap. 2.* magis arridet. Ad solas autem Latinorum consuetudines morem coërcet. Græcos enim quarti sæculi sub illud noctis tempus, quod Auroræ vicinius est, Baptismum peregisse censet: motus Chrysostomi loco in homilia de Baptismo, ubi aquam lustralem sub mediam noctem haustam dicit, & inde demum ad pios usus adsporatam. Fortassis alterum Chrysostomi locum superius à nobis relatum non animadvertit: ubi, ut vidimus, peractum ad vesperam Baptismum commemorat. Has autem Chrysostomi, & aliorum Scriptorum veluti contradictiones conciliare profectò & nos possumus, si quis nobiscum advertat animo in celebrioribus quibusdam festivitatibus, sicuti & in stationibus per integras noctes peractas esse vigi-

vigilias in Ecclesia: easque horâ nonâ incœptas, quando & jejunia solvebant, & missas celebrabant, aliaque Christianae pietatis mysteria peragebant, ut testatur prae aliis Matthaeus Blastar Element. k. cap. 37. & cap. 5.

Cum enim satis superque constet Epiphaniae sollemnitatem apud Græcos suâ, ut moris erat, celebri pernoctatione insignitam esse; in eam facillimè adducor sententiam, ejusdem pervigilii Fontis consecrationem habitam esse sub mediam noctem: & Baptismi administrationem confluentibus populis in ulteriorem horam continuatam. Itaut illucescente jam die, sacrisque Baptismi cæremoniis ad finem perductis, poterat aqua benedicta domum ad varios, piosque usus adsportari. Reddo Chrysostomi locum ex Homilia de Baptismo Christi: *In hac sollemnitate sub mediam noctem, cum omnes aquam acceperint, domum calices referunt, & recondunt, & per integrum annum conservant. Hæc enim dies est, quâ baptizatus est Christus, & aquarum naturam sanctificavit.* Cui explicatio-
ni

ni adstruere fidem potest consuetudo Ecclesiæ Carthaginensis, quæ quum Græcorum morem baptizandi in Epiphania amplexata sit; non abs re erit credere, horam quoque baptismalis aquæ consecrandæ esse imitatam. In ea porro Fontis benedictionem factam post mediam noctem, finemque tingendorum Fidelium consequutum albescente die, itaut tunc temporis pietati omnium committerentur aquæ, quæ superfuerant vel bibendæ, vel domi asservandæ, vel in campis, & segetibus adspargendæ, & in similibus usibus insumendæ, eruitur à Victore Vitenfi de persecutione Vandalica *lib. 2.* Scribit enim Carthagine Felicem quemdam oculis captum, ab Deo clementer admonitum fuisse, ut Eugenium Episcopum arcesseret: peteretque ab eo liniri oculos puris illis laticibus, quos in baptizandorum regeneratione consecraverat. Visionem autem evenisse notat: *il-
lucescente Epiphaniarum die.*

Ex institutione postmodum Petri Fulonis Archiepiscopi Antiocheni cautum fuit: ut ista Benedictio, quæ primitus in Fe-
sti

ἢ *μεσονυκτίῳ* *media nocte* fiebat, in posterum
vespere fieret. Instituit enim, ut scribit
Theodorus Lector Ecclesiasticorum Colle-
ctaneorum *lib. 2.* ut *τῶν ὑδάτων ἐν τοῖς θεωφανείois*
ἐπικλησιν ἐν τῷ ὁπέρᾳ γινώσκ. *invocatio super aquas in*
Theophaniis vespere fieret. Idem ex Theo-
doro narrat Cedrenus; qui quidem ritus
deinceps obtinuit: ut ex Pachymere *lib. 7.*
cap. 7. & aliis docemur.

VII. Cum autem, & regenerandorum
multitudini, & aliis piorum Christiano-
rum usibus, ut innuimus, aquæ exorciza-
tæ haut sufficerent; duplicem Ecclesia
Orientalis in Theophaniæ festo, aquarum
benedictionem admisit. Primam, quæ in
Festi pervigilio benedicitur: & ex ea po-
pulus aspergitur, domus, & campi lustran-
tur. Alteram, quæ inter Missarum sacra
ipso die festo dedicatur; ad hoc ut Can-
didati baptizentur: & Fideles, Sacerdotes-
que ex ipsa communicent. Utriusque be-
nedictionis ritus habetur in Græcorum Eu-
chologio hoc titulo: *Ἀκολουθία τῷ μεγάλῳ ἀγασμῷ*
τῶν ὑδάτων θεωφανίας. *Sequitur ordo magnæ Bene-*
ditionis aquarum in sanctis Theophaniis.
Dici-

Dicitur autem Magna utraque hæc
 Aquarum Benedictio , ut ab altera di-
 scernatur , quæ ἀγασμὸς μικρὸς *minor Benedi-*
ctio nuncupatur . Fitque vel singulis men-
 sibus , vel in quacumque aliâ urgente ne-
 cessitate . Hujus benedicendæ ordo habetur
 item in Euchologio pag. 441. hoc titulo:
 Ακολουθία τοῦ μικροῦ ἀγασμῶς . De hac ulterius in-
 quire nostri non est muneris .

Notasse sufficiat locum , in quo Græ-
 ci minorem hanc consecrationem conficie-
 bant in vestibulo esse , vel in atrio Eccle-
 siæ , ubi perennes fontes intrantium mani-
 bus , & vultibus lavandis disponebantur .
 Quorum meminere Tertullianus de Orat,
 cap. xi. Chrysostomus homil. 12. in Joban-
 nem , & alii . S. Paulinus epist. 33. ad Se-
 verum Urnam quandam , in quam ejusmodi
 fontes derivabant , his verbis commemorat .

*Sancta nitens famulis interluit atria
 lymphis*

*Cantbarus , intrantemque manus lu-
 vat amne ministro .*

Fontesque ipsos in antiquarum Ec-
 clesiarum , & præcipuè Monachorum ve-
 stibu-

G

stibu-

stibulis extare adhuc testatur Antonius Bellotta de Ritu Ecclesiæ Laudonensis. Memini me unum vidisse Salerni ad Divi Matthæi, magnifici profectō operis. Quibus postmodum nostra hæc quibus utimur Aquiminalia successisse nullus dubitat. Lavabantur autem tunc temporis Fideles, ut Eucharistiam nudis manibus (ut erat usui hominibus saltem, nam foeminæ *Dominealem* velum adhibuere) percepturi, id non illotis præstarent.

Omniſibus autem ea, quæ inter Miſſarum ſolemnia conſecratur Aqua, nobilior, & ſanctior habita. Regenerandis hæc Fidelibus adhibebatur. Ex ipſa præterea Sacerdotes, Clerici, & Populus hauriebant. Eaſque fuit Græcorum erga exorcizatam hanc Baptiſmi aquam religio, & pietas; ut in eorum Eccleſia jejunium Epiphaniæ præceſſerit, ut altero à jejunio die ab omni labe purgati, aquam benedictam biberent. Quod ab eis avidiſſimè factitatum teſtatur Thomas Smith de Græcæ Eccleſiæ hodierno ſtatu pag. mihi 40. ubi hæc habentur: *Epiphaniarum vigilia,*
ut

ut de aquis postero die consecrandis à peccatorum, carnisque labe, ac sordibus purgati defæcatiùs bibant. Ηγασμένοι autem ὕδατος, sic eam vocant, bibunt avidissimè. Consonat Christophorus Angelus in suo Enchirid. de statu hodiernorum Græcorum cap. 1 §.

Ετι νησύνουσι καὶ ἐν τῇ πέμτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ιαννουαρίου μὴδὲς ἀπὸ παντὸς ἀλειμματός. Διότι ἡ ἐκτὴ ἡμέρα τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἱεραποστή-
θη κεκοῦς κατὰ τοὺς Ἑλληνας, καὶ ἵετον ἔνεκα οἱ ἱερεῖς ἐν τῇ αὐ-
τῇ ἐκτῇ ἡμέρᾳ ἀμαΐζουσι τὰ ὕδατα, καὶ πίνει ὁ λαὸς ἐξ ἐκεί-
νων τῶν ἡγασμένων ὑδάτων. Καὶ ἵνα ᾗ κερδαρὸς ὁ λαὸς, ὅταν
πῶς τὸ ὕδωρ, νησύνουσι ἡ ἑξῆς ἡμέρα, ταυτίσι πέμπτῃ ἡμέ-
ρᾳ τοῦ Ιαννουαρίου μηνός. *Insuper abstinent quoque in
quintâ die Januarii ab omnibus aleimmati-
bus, & id quidem hâc de causâ, quia se-
xtâ dicti mensis die secundum Græcos Chri-
stus baptisinate tinctus est. Quamobrem Sa-
cerdotes memoratâ die sextâ aquas conse-
crant: populusque consecratas bibit. Atque
ut populus ad hauriendam aquam purus ac-
cedat die præcedenti, qui est quintus men-
sis Januarii jejumat. Quò etiam spectant
quæ habet Nomocanon Cotelerianus num.
127. & Chrysostomus superiùs laudatâ
Homiliâ. Additque Carolus Fresnius ex My-*

repto *sect. 7. cap. 6.* aquam ipsam in medicamentis adhiberi interdum solitam. Et Nannetense Concilium Parochis suo decreto mandavit: ut statim ac de subditorum tentatâ valetudine certiores essent, eorum domos advolarent, eisque aquæ benedictæ aspersione præsto essent. Ne autem dum ad hujusmodi aquam hauriendam turmatim omnes confluebant, temerè effunderetur; *δαλαροῖδον*, sive spatium sub Altari excavatum excogitarunt, ut ibidem aquæ, si qua de causa effluerent, decenter colligerentur. Testatur hoc eruditissimus Thomas Smithus loco à nobis superiùs laudato. Non autem putandum videtur, omnibus in locis aquam Baptismi totam hauritam à populo, sacrisque lustrationibus consumptam esse. Nam satis constat ex Origene *Homil. 12. in Numer.* Optato Milevitano *lib. 5. contra Parmen.* Cyrillo Hierosolymitano *Catechesi 5.* Ambrosio *lib. 1. & 2. de Sacram. cap. 5.* eam in nonnullis Ecclesiis in labro aliquo asservatam, ut volentibus baptizari non deficeret.

Præterea Ministrorum munus erat
con-

consecratæ aquæ portionem in sacrario ad id jam pridem destinato recondere : reliquis anni majoribus solemnitatibus infundendam . Cum enim in Paschæ , & Christi Natalium diebus solemniter ritu fere omnes Græci communicarent ; si nonnemo difficultate aliquâ præpeditus à corporis , & sanguinis Christi comunione abstineret , aquam die Epiphaniæ sacro benedictam summâ hauriebat reverentiâ . Quo pio ritu cum plurimi vel adversam valetudinem , vel aliud impediementi causati , abuterentur : seque haustâ aquâ præcepto corporis , & sanguinis Domini in Paschate communicandi satisfacisse dictitarent ; præposteram eorum pietatem dolens , & redarguit Leo Allatius de Ecclesiæ Orientalis , & Occidentalis perpetua consensione *lib. 3. cap. 15. num. 3.* *Paucos dies , inquit , si excipias , quibus ex more illius Ecclesiæ , & potissimum tempore Paschatis populus communicat , in aliis fere nulla communio fit . Et sæpe etiam multi , nec eo ipso tempore , sed benedictâ aquâ absumptâ se præcepto satisfecisse existimant . Quod utinam non fieret .*

Pœ-

Pœnitentibus etiam ob patrata graviora scelera, sacrâ communionē privatis, sicuti Dominici vice corporis panem Eulogicum in Liturgia præbebat Orientalis Ecclesia; ita Dominici vice sanguinis modicum aquae benedictæ in sacro Epiphaniarum die epotandum propinabat. Johannes jejunator in pœnitentiali hæc habet:

ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ Πάσχα τῷ Χριστῷ γέννηται, καὶ τῇ φῶτι, καὶ τῇ τριτῇ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ ὅτε τῇ μεγάλῃ πίμπρῃ, καὶ τῇ μεγάλῃ σαββάτῳ, καὶ τῇ μεγάλῃ κυριακῇ, καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων πλεονήμῳ, ἀντὶ κοινότητος μεταλαμβάνοντες ἀγίασμα τῶν φώτων, καὶ ὅτε διαλύονται. *Cum verò celebratur Natalis Christi, & dies Luminum, tresque Paschatis dies (magna nempe feria quinta, & magnum Sabbatum, & Dominica magna) & Sanctorum Apostolorum memoria; communionis loco sanctificationem luminum sumant, & sic dissolvant.* Quae omnia dilucidius explicantur ab Johanne Monacho in Canonario pag. 112. agens de iis, qui in pœnitentia sunt: ἀντὶ κοινότητος ὁρῶμεν ἀγίασμα πίνειν τῶν ἁγίων Θεοφανείων, καὶ ὅτε διαλύονται. *Communionis loco Sanctorum Theophaniorum sanctificationem debent bibere, & sic dissolvere.* Praeter quos
tan-

tangit etiam hujusmodi ritum Nomocanon
editus Cotelierianus *num.* 400. relatus ab
eruditissimo Carolo de Fresne in Glossario
superius laudato.

Sed & Catechumeni, quibus nondum
Eucharistiæ Sacramentum tribuebatur,
exorcizatam Epiphaniæ aquam percipie-
bant statutis anni solemnitatibus; in quib-
us cæteri Fideles dominico corpore, &
sanguine potiebantur. A cujus perceptio-
ne nonnullam in anima operari quodam-
modo sanctificationem arbitrabantur: ju-
cta id, quod de pane Eulogico iisdem unâ
cum aqua tributum, habet Augustinus de
peccatorum meritis, & remissione contra
Pelagianos *lib.* 2. *cap.* 26. Sic enim eximius
ille Ecclesiæ Doctor: *Non unius modi est
sanctificatio, & Catechumenos secundam
quemdam modum suam per signam Christi,
& orationem manus impositionis puto san-
ctificari: & quod accipiunt quamvis non sit
corpus Christi, sanctum est tamen, & san-
ctius, quam cibi, quibus alimur, quoniam
Sacramentum est: verum & ipsos cibos, qui-
bus ad necessitatem sustentandæ hujus vitæ*
ali-

alimur, sanctificari idem Apostolus dixit, per verbum Dei, & orationem, quâ oramus, utique nostra corpuscula refecturi. Sicut ergo ista ciborum sanctificatio non efficit, ut quod in os intraverit, non in ventrem vadat, & in secessum emittatur per corruptionem, quâ omnia terrena solvuntur, unde ad aliam escam, quæ non corrumpitur nos Dominus exhortatur; ita sanctificatio Catechumeni, si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum regnum cœlorum, aut ad peccatorum remissionem.

Consecratam autem Baptismi aquam Deus semel, iterumque mirabili privilegio insignitam voluit. Eam enim ab omni penitus corruptionis labe immunem aliquot annorum spatio quandoque servavit. Hujus rei testem luculentissimum habemus Chrysostomum Homiliâ de Baptismo Christi. Fitque, ait, miraculum evidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura vitiat, sed integro anno, atque adeo biennio, & triennio sæpè, quæ hodie fuit hausta, incorrupta, & recens permaret, ac post tantum temporis, cum iis, quæ

quæ nuper fuerint fontibus eductæ certat.

Cujus aquæ privilegium , ultra id , quod par erat à Græcis plenis buccis jactatum , infirmare conatur Vir maximus è Dominicana Familia Manuel Caleca in suis contra eos libris . Quod exorcizatis Baptismi aquis asseritur ab Petro Stevartio in Notis , & Animadversionibus ad eosdem Calecæ libros . Narrat enim ; in libro Reformationis Stiriacæ , edito à P. Jacobo Præposito Staynizienti extare luculentum testimonium , aquam solemnî hujusmodi ritu benedictam diù incorruptam servari . Alveus enim quidem clausus , & obsignatus , deinceps post annorum viginti novem decursum patefactus aquam exhibuit nitidam , puramque , ac si recens è fontibus hausta esset . An verò id naturali tantum ope evenire possit , quod & de aliis aquis agebat Caleca ; videant ii , quibus ad hujusmodi tricas enodandas otium , & ingenium suppetit .

VII. Postquam autem vel ob immaturas puerorum mortem , antequam sacro renatorum Fonte tingereantur : vel quis

H

lon-

longè , latèque fusâ Christianorum fide tingendis credentibus statuti non sufficiebant dies : vel quacumque alia de causa, baptizandi quolibet tempore etiam extra necessitatis casum; laudabilis mos inolevit ; ritus tamen benedicendi aquam in die sancto Epiphaniæ apud Græcos longius obtinuit . Quin potius ad nostra usque tempora deductum testatur Thomas Smithus de Græcæ Ecclesiæ hodierno usu pag. mihi 104. Ibidem inquit : *Aqua lustralis à Sacerdotibus ingenti cæremoniaram apparatu in Theophaniorum festo prius benedicitur . Fit autem hujus aquæ post Missam finitam consecratio , quam appellant πύαξ ἀγιασµός* . Et hodiernum apud nonnullos Albanicæ populos , qui in Neapolitani Regni Provinciis Græco eorum ritu utuntur , hoc idem servari , propriis egomet oculis haussimus . Subitque in mentem me superiori anno antiquissimum Basilianæ Familiæ Cœnobium , quod olim τὸν πατίρε; corrupto modo vocabulo vocant , *del Patire* , prope Rossani Civitatem meorum studiorum causâ, curante *Excellentissimo , Munificentissimoque Prin-*

Principe Johanne Francisco de Sancto Severino ex Bisinianensibus Dynastis, nunquam nobis sine laudis præfatione nominando, sedulo invisentem; urnam animadvertisse affabre perpolitam: in qua illius Ccenobii Patres Græcum ritum sequentes, die sancto Epiphaniæ aquam exorcizant. Eâque postea adstantes omnes, & interiora Monasterii adspargunt.

In hujusmodi Urnæ labris Græca extat inscriptio, plurimis in locis vitio forsan Sculptoris corrupta. Hanc à me exscriptam, & ab eruditissimo, clarissimoque viro Scipione Maffeo, cui eam per literas communicaveram, emendatam, integratam erudito Lectori præstiturus, publici juris faciendam duxi. Versibus jambicis eam conflavit Auctor:

Ρηγὶς κατὰ τοὺς χρόνους Ρογήρου
τοῦ σωστός Δουκὲς τῶν μοναχῶν
ἀρχὴν δ' ἄρχοντος, σπύρις ἔργασται καὶ δε
Πέμπτη τριμυροῦ καὶ ἑξαμυροῦ.
Ἐπὶ τῇ χιλιάδι παρὰ δὲ χρόνους.

latinè reddebam totidem.

Potentis tempore Regis Rogerii,

H 2

Et

Et beatissimi Lucæ Cœnobii

Habentis regimen, hæc urna efficitur:

Quinque tunc novies post sexcentesimo,

Sexto millesimo currente temporum.

Constantinopolitana Æra hæc est, quæ Salvatoris nostri adventum anno 5508. consignat. Cujus numeri summam si alteri 6645. subduxeris, jam annum habebis 1137. In quo Urna compacta fuit: & præfatus Rogerius, hujus nominis secundus, regnabat. Qui suorum primus anno 1129. Regis Siciliæ nomen assumpserat. *Μονότρετοι* autem dicebantur Monachi ob mutuam concordiam, seu communem vivendi rationem. Johannes Tzetzes de educatione filiorum:

Θητολίτων, ἢ μονοτρέτων τέχνη.

Constantinus Manasses pag.97. è psalmo:

Τὸς μονοτρέτους ὁ Θεὸς ἐν εὐνῇ κατατίθει.

Cujus rei exempla non pauca congerunt du Fresne in Glossario, & Allatius in Diatr. de Georgiis pag. 413. & de Simeonibus pag. 185. Horum autem Monachorum Præfæctus Lucas (id enim sibi vult, *ἀρχὴν ἀρχων*) urnam hanc faciendam curaverat.

Deleto autem ritu, ut ed unde discessi-

scessimus revertāmur , baptizandi Fideles in die sacro Epiphaniæ, servandique aquam benedictam , ut in die sancto Paschæ Catechumenis , & pœnitentibus propinaretur ; ille alter duplicis in Epiphania magnæ benedictionis, pariter in defuetudinem abiit . Nam servatâ benedictione , quæ die ipso inter sacra Missarum conficiebatur ; altera , quæ in ipsius Festi pervigilio fiebat, deleta fuit. Hujus enim usui abundè illa suffecta. Nempe ex hac & bibebant, domumque refertos calices adsportabant : ex ea infirmi inspergebantur : campi quoque, & segetes lustrabantur : & ubilibet ad dæmones repellendos effundebatur .

Quem morem apud Judæos olim , & Ethnicos viguiffe patet . In Ecclesia autem pium usum ab omni superstitionis labe defæcatum , etiamnum sanctissimè custodiri nullus dubitat . In re tam clarâ à Scriptorum auctoritatibus confarcinandis libenter abstinco . Videndi Antonius Marfilius Columna Archiepiscopus Salernitanus in sua Hydragiologia *sect. 1. cap. 7.* laudatus Vicecomes de antiquis Baptismi ritibus , & cære-

cæremoniis : eruditissimus Johannes Lomejeri de lustratione veterum cap. 17. & 26. & inter recentiores Christophorus Battellus, vir non uno nomine insignis, regnanti Pontifici Apostolicorum Diplomatum ad Principes à secretis, & Archiepiscopus Amasenus, in sua, quam inscripsit de ritu annuæ ablutionis Altaris majoris Sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ eruditissima elucubratione. Unus mihi sufficiat Tertullianus, qui in libro de Baptismo hæc de Gentilibus ait : *Ipsos etiam suos Deos lavationibus efferunt; villas, domos, Temples, totasque Urbes aspergine circumlatæ aquæ expiant passim.* Et in Actis Sanctorum Martyrum Juventini, & Maximini apud Theodoricum Ruinartium pag. 599. legimus, quod Julianus impii nominis Imperator : *Speciem quidem clementiæ præferens, sed laqueos, & retia reverà tendens, quæ deceptos homines in impietatis exitium traherent; primum quidem fontes, tum qui in urbe, tum qui in suburbio Daphensi erant abominandis sacrificiis inquinavit, ut quicumque aquam gustassent, communione scelestis*

ris inficerentur. Deinde cuncta, quæ in Foro venalia erant, similiter contaminavit. Panes enim, & carnes, & olera item, ac poma, cuncta denique cibaria lustrali aquâ adspergebantur.

Pius autem usus eò devenit, ut cum jam non fufficeret tantis adspersionibus aqua illa exorcizata, quam domum è Baptismi lavacro referebant Fideles; cautum in Ecclesiis quibusdam fuit, ut singulis Dominicis aqua benediceretur à Sacerdotibus: factâ populorum pietati ampliori potestate illam in hosce sacros usus insumendi. At quod admirationis loco esse potest, in Basilica Nolana antiquitus die sacro Pentecostes Populus lustrali aquâ adspergebatur: non autem purâ illâ, & naturali, cujus semper in Ecclesia usus, sed artefactâ, & rosaceâ. Testatur hoc Ambrosius Leo de Urbe Nola: *Paucis, inquit, post memoratam diem, coronarum, sertorumque præteritis, atque tunc cum dies illuxit, quod Pascha rosarum appellatur, Basilicam, Episcopium, frondæ, ac floribus spargunt, ornantque Sacerdotes, ac inter sacrificandum*

dum ex eis unus vasculo arctissimi orificii roseâ aquâ semipieno singulis accedens irrorat.

Sed an consuetâ falis commixtione, solitisque exorcismis, vel alio peculiari ritu, propriisque quibusdam cæremoniis, aqua hæc consecrata fuerit, incertum. Hoc postremum mihi probatur. Aliàs enim constat in sacro Pentecostes die rosas, recentesque flores diversi generis, & coloris singularibus precibus benedictos, in congregatum ad Ecclesiastica mysteria Populum olim dispergi consuevisse. *Hora tertia*, inquit Johannes Abrincensis, *sonantibus cunctis campanis, hymnus, tribus Clericis cappatis Altare incensantibus, inchoëtur: Ecclesia tota illuminetur: & Clerici omnes pro posse Ecclesiæ induantur: & donec hymnus cantatur, flores diversi coloris ad instar charismatum Spiritus Sancti defursum immittantur, & sic tota hora festivè celebretur.* Similia habentur in Ordinario Silvanectensi, & in Turonensi Sancti Martini. Nec solum flores, sed columbæ quoque, & stuppæ inflammatæ fasciculi quidam in adstantes immis-

si,

fi. Lucas Consentinus Archiepiscopus in suo Ordinario, de quo nos infra, hæc habet apud Martene de antiqua Ecclesiæ disciplina *cap. 28. In Missa Pentecostes sparguntur desuper in Choro, & in navi Ecclesiæ rosæ, lilia, flores, & ad ultimam emittuntur particule subtilissimæ stuppæ succensæ.* Cum autem in Ecclesia Nolana nec supra Presbyteros, nec supra populum spargerentur flores; parvo negotio crediderim his aquam rosaceam successisse. Quo pariter die ludus quidam in ea obtinuit, quem vulgò *Porculæ* nuncupabant. Neapolitanæ etiam Ecclesiæ solemnis olim: & de quo tam mira, & tam mysteriosa fabulantur Scriptores nonnulli; ut jam eorum commenta detegi religionem ducerent ex imperito popello Viri. Optandum tamen. Sed jam de diverticulo in viam.

IX. Animadvertens verò ex aqua Baptismali segetes olim, campos, & domos adsperfas in eam ivi sententiam; aquam scilicet, quam nos lustralem dicimus, & ad alios extra Baptismi ritus, ut mox innui, benedicimus, primoribus illis Ecclesiæ tem-

I

pori-

foribus neūtiq̃uam ab aqua baptifmalis fontis diverfam eſſe. Sed exorcizatis aquis ad baptizandorum regenerationem partim abſumptis, ex eis, quæ ſupererant, aſpergebantur. Quæ cum vix ſufficerent, vel raro exorcizarentur facilè factum, ut altera aquarum benediſtio inſtitueretur, quæ aliis à Baptiſmo uſibus inſerviret. Revera cum mos benedicendi aquam extra Baptiſmum, vergentibus annis inoleviſſet; ea tamen excepta fuere tempora, in quibus Fons Baptiſmalis conſecrabatur, ut Paſchæ, & Pentecoſtes, & Epiphaniæ, teſte Hieronymo Macrio in ſuo Hierolexico. Quafi innuere vellent Patres, & Synodi, ex prima, & vetuſtiſſima Fontis conſecratione, recentiorē hanc emanari. Id quod apertius forſan innuit Rupertus Abbas *lib. 7. cap. 30.* ubi ait: quod Populus aquâ benediſtâ in Eccleſia Latina benedicitur in memoriam lavacri regenerantis. *Benedicitar Populus diebus Dominicis in memoriam lavacri regenerantis, quod in ſola Paſchæ Dominica conſerebatur.*

Hujusmodi autem minoris benediſtio-
nis

nis originem trahunt nonnulli ad Alexandrum Papam, sui nominis primum, & B. Petro Apostolo sextum, licet alii quartum, alii quintum numerent: ea est Romanorum Pontificum ante Pontianum impera, ac tricis implicita temporum supputatio. Primas obtinent Martinus Polonus de gestis Romanorum Pontificum in Alexandro: Sigebertus: Romualdus in Chronico: Guilielmus Durandus Episcopus Mimat. in Ration. divinor. officior. *lib. 4. cap. 5.* Ludovicus Blosius in Collyrio Hæreticorum *lib. 2. cap. 11.* Polydorus Virgilius de inventor. rerum *lib. 5. cap. 8.* Jacobus Pamelius Scriptor benè cordatus ad Tertull. de Anima *cap. 2. num. 6.* B. Antoninus *3. part. tit. 12. cap. 10. §. 2.* aliique non pauci. Verba autem Alexandri Papæ in epistola ad omnes Orthodoxos, quæ adscripta est *tom. 1. Conciliorum cap. 5.* hæc eadem sunt: *Aquam sale conspersam Populis benedicimus, ut eâ cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur, quod & omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus.*

Cum autem ex his puram putam hu-

I

2

jus

jus benedictionis institutionem non eruis-
sent alii , eam ad Apostolorum tempora
revocarunt , & B. Matthæo ex eis uni tri-
buerunt . Spissum horum agmen ducit
Marfilius Columna Salernitanorum Anti-
stes , in sua , quam supra laudavimus, Hy-
dragiologia : cui non pauci recentiorum
calculus suum addunt : apud quos Apo-
stolica hæc institutio utramque paginam
implet . Testem habent locum Constitu-
tionum Apostolicarum , quas à Carolo Bo-
vio Ostiensi Episcopo , è Græco versas , &
à Turriano Commentariis illustratas Fron-
to Ducæus , & inde Labbæus in editione
Conciliorum exhibuit .

Nisi autem propiora argumenta ur-
geant , ægrè admodum à me impetrare
potero , ut illis adjungar . Laudatas enim
Constitutiones sublestæ esse fidei , & Epi-
phanii ætate ab Hereticis interpolatas , &
fortasse illa eadem manu , quæ in Ignatii
epistolas sæviit , depravatas clamat vir do-
ctissimus Lupus in *part. 2.* ad Canonem se-
cundum Trullanum . Cui adhærent Pagius,
Schelestratius , & Cayæus , primi ordinis
viri,

viri, & in sacris Antiquitatis monumentis
 eruendis nulli secundi. Miror autem cur
 à nonnullis ad austruendam Apostolicam
 hujusmodi benedictionem, pro qua veluti
 pro aris, & pro focis pugnant, locus ef-
 feratur ex Dionysio Areopagita de Eccle-
 siastica Hierarchia *cap. 2.* Cum ibidem de
 aqua tantum baptizandorum differat quis-
 quis tandem ille fuerit, aut quo ævo scri-
 pserit, præclari illius operis Auctor. Quem
 latum errorem erravit etiam Gilbertus
 Grimaud Parisiensis Doctor in *tom. 3.* Li-
 turgiæ Sacræ in tractatu de aqua benedi-
 cta *pag. 211.* ubi præfatam opinionem pro-
 pugnaturus Basilium advocat *cap. 17.* de
 Spiritu Sancto. At egregius Doctor ibidem
 aquæ tantum baptismalis benedictionem,
 veluti ab Apostolis fluentem, enumerat.
 Qua de re nec cum eo, nec cum aliis con-
 tentionis funem ducimus. Si autem ab
 Apostolis usufuisset habita postrema hæc
 benedictio, duo potissimum occurrerent.
 Primò Alexander Papa peculiarem hanc
 prærogativam non reticuisset, dum Fide-
 libus huius aquæ usum commendabat; eò
 magis

magis, quod symbola ex sacra scriptura arcessebat, ut id aliquâ ratione præstaret. Secundò perperam à Catholicis Theologis in Ecclesiasticarum Traditionum censum reduceretur, cum potiùs inter Apostolicas puras deberet accenferi.

Nihilominus cum Pontificis, quæ laudavimus verba, institutam tum primum benedictionem hanc apertè non innuant, quinimò penitiùs ea introsipientibus quid contrarium sonent; opus plenum est alexæ quidquam asserere. Crederem Alexandrum primum benedictionem instituisse à se, & Pontificibus successoribus faciendam: & postmodum suo hoc decreto Sacerdotibus præcepisse, ut in suis Ecclesiis idem singuli peragerent. Quod & à plurimis Provincialibus Conciliis demandatum scimus.

Et hæc sunt, *Præsul Illustrissime*, quæ præfari placuit de ritu exorcizandæ aquæ apud Græcos in die sancto Epiphaniæ, vel in ejusdem solemnitatis pervigilio. Num ad institutum nostrum propiùs accedentes quânam ratione, è Græcis in Neritnam

nam Ecclesiam translatus sit , alterâ Dissertationis parte inspicendum .

At quia nonnulli , si Deo placet , illis ipsis temporibus , in quibus nobis Neritonensis hujus ritus origo erit inquirenda , ipsam Ecclesiam nondum Episcopali dignitate insignitam dicunt ; rem altiùs exordiri constitui . Fatebuntur forsan nedum Græcorum Imperatorum temporibus Antistites fuisse Neritinis , sed levioris insuper non esse ponderis conjecturas illas , quæ eorum initium ad antiquiora sanè tempora , revocant .

Finis Primæ Partis.

Sit

Sit una Fides,
 universæ, quæ ubique dilatatur Ecclesiæ,
 tanquam intus in membris,
 Etiam si ipsa Fidei unitas quibusdam
 diversis observationibus
 celebretur,
 Quibus nullo modo, quod in Fide verum est
 impeditur.

S. August. Epist. 36. olim 86. ad Casulanum.

DIS-

⁷³
DISSERTATIONIS

*De Neritonensis Ecclesiæ
Ritu*

A D

ANTONIUM
SANFELICIUM

Episcopum Neritinum

PARS ALTERA.



Ntiquissimam Neritonensem
Ecclesiam ab ipsis Aposto-
lorum Principis Petri Di-
scipulis Episcopali dignita-
te decoratam fuisse, testatur

Abbas Johannes de Epipha-
niis in sua *Relatione de statu veteri, atque
recenti Sacre Neritonensis Ecclesiæ ad Joham*

K

nem

nam XXII. Pontificem Maximum, que originaliter manuscripta in ejusdem Ecclesiae Archivo hodiernum servatur. In ea celebris Auctor antiquiorum Scriptorum, plurimorumque documentorum testimoniis, ita sententiam suam firmat; ut in re à nostra ætate tam dissitâ, ac tot retroactorum sæculorum tenebris abundè involutâ, ferè nullus dubitandi locus relinquatur. Id eamè Ferdinando Ughellio in sua Italia sacra probatum fuisse videtur; dum Hydruntinam Ecclesiam, cæterasque finitimas, inter quas Neritonensis recensetur, Apostolorum temporibus, & fidei luce donatas, & Episcopalibus insignitas infulis docet. Christi sacris, inquit, initiata est, sicut & cæteræ finitimæ Civitates, à Petri Principis Apostolorum Alumnis, & decorata primum Episcopali dignitate.

Nec assertæ hujusmodi Ecclesiarum antiquitati succenseat aliquis, si in his erigendis Apostolorum quandam veluti œconomiam, politiamque animadvertat: præbente facem Cl. Viro D. Benedicto Bacchini in suis de Ecclesiasticæ Hierarchiæ Origini-

ginibus *part. i. cap. 19.* In Occidente enim ex Gentilium turmis ad Catholicæ Fidei veritatem conversis Ecclesiæ constituebantur diversâ ratione ab illis, quæ in Oriente ex Judæis novam legem amplexantibus conflare debebant. His enim Episcopi non tradebantur, nisi jam ex pluribus recens baptizatis Ecclesia coaluisset. At in Ecclesiis ex Gentilibus construendis tunc destinabantur Episcopi, cum ii, quibus præesse debebant, nondum Christiano nomini censebantur: sed tantummodo spes aliqua affulserat, eos id, quod expetebatur aliquando præstituros. Unde ex veteribus, & sincerioribus Ecclesiarum monumentis liquiddò constat, plures Episcopali charactere decoratos à Petro, & Successoribus in Italiæ, Hispaniarum, Britannicæ, Africæ, Galliarum Regiones missos, qui Ecclesias prædicatione sibi constituerent, & quos regerent populos intra Idololatriæ territoria firmo pectore conquirerent. Non igitur in Occidente Ecclesiæ Episcopos præstolabantur, quemadmodum apud Orientales usuveniebat; sed Episcopi Eccle-

fias per Gentes debebant inquirere, veluti Evangelicæ Fidei emissarii. Non certarum ovium Pastores, sed eorum tantummodo, quas ad Christi Redemptoris agnitionem Evangelici seminis sparsione redigissent. Cujus rei causas si quis amat, laudatum modo Bacchinium adeat. Nec intra Apostolorum tempora mos coercitus. In alia subsequentiâ effluxisse constat à documento, quod è *Cod. 48. Photianæ Bibliothecæ* eruit Ludovicus Thomasinus de nova, & veteri Ecclesiæ disciplina *par. 1. lib. 1. cap. 54. num. 8.* Narratur ibidem Cajum doctissimum, clarissimumque Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Gentium Episcopum ordinatum esse *χειροτονησθαι τῶν ἑθνῶν Ἐπίσκοπον*: & veluti Regem inunctum, & coronatum: ei tamen Regno, quod virtute, & consilio esset ipse adepturus. Ex qua vetustissima disciplina Romanæ, & Oecumenicæ Ecclesiæ in cæteras alias auctoritas, & potestas patet, cum ex ea omnes, veluti Colonix, derivaverint.

Plures insuper fuisse Petri Apostoli ab Antiochia in Italiam properantis affectus,

clas, docent Sancti Apollinaris Acta sinceræ, germanæque fidei, in quibus habetur: *In diebus Claudii Cæsaris veniente Petro Apostolo Jesu Christi Nazareni ab Antiochia in Urbem Romam, multi cum eo Christiani administrantes ei Romam venerunt: confirmantque Sancti Aspreni documenta ex Caracciolo de sacris Neapolitanæ Ecclesiæ monumentis: ubi prodigiosæ cujusdam piæ foeminæ sanitati plaussisse dicuntur: Christicola Petri sequenti vestigia ab Antiochenis finibus.*

Quæ cum vera sint, cur nigrum the-
ta præfigendum est sententiæ opinan-
tium, ex tanta Petri discipulorum turma,
seu de abundantiori illorum numero, qui
ei prædicanti Romæ adhæserunt, unum
aliquem Neritum, celebrem tunc temporis
Urbem, missum, ut Gentiles ibidem com-
morantes Christianorum castris associaret,
& demandatam sibi comparandi gregis
curam susciperet? Nemo certè, refractariæ
scilicet mentis, inficias ibit, id Neapolita-
nis contigisse, qui Asprenum à Petro or-
dinatum Episcopum susceperunt: id Puteo-
lanis,

lanis, id Bründusinis: quorum primi Leccio, teste Ferrario in Martyrologio; alteri Celso gaudent, ut auctor est Warnefridus de Episcopis Meten., Præsulibus, quibus Princeps Apostolorum manus imposuit: id demum Capuanis, quibus Priscum antiquum Christi discipulum Antistitem datum testantur Martyrologia Romanum, & Ussuardi, Bedæ, Adonis, alique Scriptores, quos Ferrarius congerit: licet nonnullis Rufus, & ipse Petri ex Antiochia socius laudatorum civium primus dicatur Episcopus: eundem cum Rufo Patrio Romano Ravennæ temporibus Apollinaris desiderato perperam confundentibus. Ut cæteras extra Neapolitanum Regnum omittam Civitates, quæ à Petro Apostolo suorum Episcoporum initia processisse, vetustissimarum tabularum, deductæque antiquitatis traditionis calculis perhibent. Harum nubem Lectoribus exhibuit Caracciolus paulò superius memoratus *lib. 1. cap. 3.* Videturque tanto earum decori, se instar omnium addidisse testem Innocentius Primus, inquit in Epistola ad
De-

Decentium : Manifestum est omnem Italiam, Siciliamque non ab alio, quàm à Petro, aut ab eo missis, fuisse Christi legibus institutam. Quibus autem malis avibus factum, ut quod aliis quibusdam Urbibus si non credunt, saltem non adversantur Scriptores; hoc idem Neritinis Civibus abundè denegetur, cum quæ pro aliis, pro ipsis quoque dimicent conjecturæ?

II. Quibus propemodum aut non leve pondus accederet, aut enervarentur non parùm, si de Petri Apostolorum Principis ad extremas Occidentis partes navigatione tutior esset Annalium fides. Sed cum de ea ex Apostolorum Actis minimè liqueat, mirè inter se digladiantur Italiæ populi. Rhegienses, Tarentini, Hydruntini ex una parte: Tranenses, Urienses, Andrienses, & Sipontini ex altera: Neapolitani, & Puteolani: Liburni inde, & Pisarum Accolæ sua quique vetustatis monumenta proferrunt, ut dubias legentium mentes propriis partibus quâ possunt ratione adjungant. Dissitas vero earum sententias, si quis rerum prudens existimator perpendat, non faci-

facile videat , què inter se conciliari queant , nisi multiplici Petri ad Urbem Romam accessu , recessuque . Quod cum ex veteribus scripserit nemo , vix credo præstitum semel tantum fuisse , ut ex Urbe Petrus discederet , in alteras Gentes profectiorem adornaturus .

Nihilominus Petrum & Tarenti , & Hydrunti littora legisse , indeque seu maritimo , seu pedestri itinere Neapolim , & Puteolos concessisse ; sententia est , vel traditionem , vel Scriptores ei patrocinantes spectes , non admodum contemnenda . Puteolanos quod attinet , firmitus argumentum desumitur ab Actis Apostolorum . Cum enim Paulus eorum littora pertransiens , commorantes ibidem Fratres inviserit : & neminem Apostolorum ante Petrum in Italiam appulisse legamus ; eum eundem fuisse oportet , qui Puteolanos fratres Evangelicâ luce perfudit . At undique angustia . Nam iis , qui Petavium sequuti , parùm post adventum Petri Paulum Romam venisse credunt , facilius hæc sententia probabitur . Sed ii , qui Pagio adhærentes

rentes ab adventu Petri in Urbem anno Christi quinquagesimo quarto, Neronis primo, ipso Nerone, & L. Antistio Vetere Consulibus, ad adventum Pauli anno sexagesimo vulgari, Neronis, sexto, sex ad minus annos intercessisse scribunt; levi labore reperient, quid in laudatam sententiam reponant. Contigisse enim potuit, ut Petri discipuli ad Gentes convertendas, ut mox innuimus, missi Puteolos, Fratres lucrati fuerint, etiam si eorum littora nunquam Petrus attigerit. Et ut ulterius urgeret responsio parvulam hic ego symbolam conferrem.

In epistola Pauli ad Romanos, quæ procul dubio imperante Claudio ante Neronis tempora scripta fuit, amplissimum extat testimonium, quo evincitur ad ejusdem Neronis annum primum Petri adventum Romam nullo pacto differri posse. In ea siquidem Paulus Romæ jam florentem Ecclesiam monstrat clariùs, quàm quis dubitare queat. Ejus in capite primo verba sunt hæc: *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis.*

L

quia

quia fides vestra annuntiatur in universo Mundo: Et in capite ultimo: Vestra enim obedientia in omni loco divulgata est. Si ergo ante Neronis imperium dum epistola hæc scribebatur, Romana Jesu Christi fides per universum mundum annuntiabatur, & in omni loco Romanorum obedientia, ut ait Apostolus, divulgabatur; vel Petrus, & Paulus Romanæ Ecclesiæ non fuerunt auctores, quod impium esset asserere, vel Petrus priusquam Nero imperaret, & Claudius moreretur, Urbem Romanam vidit. Quò citiùs autem Petrum Romanam venisse dicimus, cò probabiliùs est, potuisse Puteolis Christianos degere per Petri discipulos Christianæ Fidei acquisitos. Nec est, cur me malè cordatus quidam perfricet, quasi hæc eadem ratione Bellarmini, asserentis contra Heterodoxos Romanam Petri profectionem, argumentum enervetur, cui hoc alterum de Petri Puteolos appulsu Caracciolus assimilavit. Eminentissimus enim Scriptor à Fidelibus illis, quos Paulus Romæ invenit, Petrum Romæ jamdiu fuisse adstruit, à quo Christianorum

norum sacris fuerant initiati . At non
 utrinque par ratio . Namque certò scimus
 nusquam gentium apud Italos diù con-
 stitisse Petrum , unde Romam emissarios
 mitteret . Scimus autem degisse Romæ , &
 inde ad reliquas Gentes Evangelicos opera-
 rios destinasse . Sed cum per hæc in nimis
 vastam planitiem mihi pateret excursus ;
 ea jam longiori stylo prosequi non est ani-
 mus . Ut autem orationem contraham , fa-
 tebor equidem Petri iter ex Hydrunto Pu-
 teolos , & è Puteolorum Urbe per Campa-
 niam Romam facilius apud me obtinere ,
 quàm Pisanis Chronologis assentiar : asse-
 rentibus Petrum validæ vi tempestatis è
 Neapolitano mari Tuscorum littora perva-
 sisse . Nugas mihi , & thecnas videntur ob-
 trudere .

Jam ergo , si in hanc sententiam me-
 cum eatur , habemus quì fieri potuit Ne-
 ritum Apostolorum discipulorum tempo-
 ribus & fidem , & Episcopum suscepisse .
 Viciniora enim littora perlegens Petrus ,
 ubique locorum verbum Dei disseminans ,
 & probatæ fidei homines , quorum cura

fecens nati Fidei filii alerentur post se relinquens ; vero simile videri potest frequentem tunc Indigenis Urbem tanto auxilio non destitutam. Quâ freti probabilitate non verentur Scriptores aliqui asserere , & ipsam , aliasque Japygiæ Civitates ab ipso Petro Apostolo Evangelii lumine donatas. Videfis Ludovicum Tassellum in Libro secundo antiquitatum Leucæ *cap. 2.* & Franciscum de Franchis Societatis Jesu Presbyterum in suo , quem Italicè inscripsit : *Avellino illustrato da' Santi , e Santuarj lib. 3. cap. 15.*

Cæterum cum alia omnia in obscuro jaceant , & anteaكتورum sæculorum spississimis tenebris delitescant , hoc pro comperto habemus ; Episcopatus Neritonensis initium ad vetustiora tempora revocandum. In cujus jam firmæ assertionis vadimonium venire possunt antiquissima laudati Neritonensis Archivi diplomata , quæ brevi , & Deus faxit , obstetricante Te doctissimo viro Antonio Sanfelicio Neritino Præfuli in publicæ commoditatis proventum emitte posse speramus . Nec dubitare permittuntur

tunt Acta Sacrae Visitationis, habitæ à Cardinali Rodulpho Apostolicæ Sedis Legato, & in Neapolitano Regno Apostolico item Visitatori in anno 1267. in quibus antiquioribus monumentis hanc eandem assertionem roboratam se vidisse testatur.

III. Quem autem ritum in celebrandis sacris mysteriis profiterentur primores illi Episcopi, supervacaneum inquirere; cum jam pro certo tenere debeamus, eos Apostolorum, quas tunc audierant, traditionibus obsequium debitum præstitisse. Quæstio est; an, quando universa illa Japygiæ Provincia Græcorum Imperatoribus paruit, & ipsa Neritonensis Ecclesia Latinum deseruerit, & Græcum ritum admitterit, nec ne. Res equidem olim incerta, teste Johanne de Epiphaniis in superius laudata Relatione: *Per qua antiquissima tempora, inquit, quando universa hæc Provincia Græcorum Orientis Imperatorum parebat imperio, hæc eadem Ecclesia erat Cathedralis, & suos habebat Episcopos. An autem ipsi Latini fuerint, vel potius Græci* pror-

prorsus nescimus. Qui autem pro Græcoritu steterunt Scriptores, probabili hac, quam subnectimus inducti fuere ratione: cui adhærere, dum res in neutram partem vergebat, ego quoque optimum quandoque duxi.

Sæviente enim in Orientales Ecclesias Constantini Copronimi Imperatoris Iconoclastæ teterrimâ persecutione, Monachorum Græcorum plurimi, qui sanam circa sacrarum Imaginum cultum nunquam mentem exuerant, vertere solum coacti, sese Neritum recipere. Quorum sustentationi, ut consultum iret Paulus Primus Optimus Pontifex suis specialibus literis datis ad Clerum, & Populum Neritonensem: *Romæ quartâ Septembris decimæ quintæ Indictionis post Consulatum Constantini anno vigesimo secundo*, idest æræ nostræ vulgaris anno DCCLXI. sui verò Pontificatus anno V., cavît; ut Episcopali dignitate in Monachorum Archimandritam translata, in posterum è redditibus Ecclesiæ præfati Monachi alerentur. Inde verò errorum fons, & origo. Cum enim
post-

posthac Neritinam Ecclesiam non Episcopi, sed Abbates moderarentur, persuasum habuere Scriptores nonnulli, non adhuc Episcopalem Sedem Neriti obtinuisse. Et cum Johannem de Epiphaniis primum post Abbates Episcopum legerent; ejusdem tunc Sedis initium opinabantur. Quam falsò autem superius vidimus: dum, ipso met Johanne de Epiphaniis teste, ante Abbates, Episcopos recenscant Neritonenses Cives.

Vero ergo simile apparuit Ecclesiam ipsam, quæ Græcis Monachis inserviebat in Græcum ritum transiisse. Et quanquam tunc etiam temporis suos Canonicos retineret, attamen probabiliùs videbatur, vel à potiori Monachorum parte in suos mores Canonicos in vectos; vel saltem à Græco eorum ritu solemniore quasdam ceremonias usurpatas esse. Nil horum. Cardinalis enim Albanensis Generalis, & Apostolicus in Regno Visitator, ac in perscrutandis Ecclesiarum monumentis, si quis alius, diligentissimus, asserit post exactam rei perquisitionem, ac sedulam variarum scri-

scripturarum meditationem, id esse assequutum; Ecclesiam scilicet Neritinam, vel à Monachis Græcis administratam, nunquam Græco ritui subiecisse. *Per diligentem inquisitionem*, ait, *per me factam de statu Monasterii, & Ecclesiæ supradictæ in pluribus antiquis Privilegiis, Bullis Apostolicis, & aliis scripturis, & documentis ejusdem Matris Ecclesiæ, & Monasterii, mihi planè constitit; quòd eadem Neritonensis Ecclesia olim antiquis temporibus Cathedra- lis, & Episcopalis extiterat cum propriis Episcopis. Et quòd posteaquam facta est Monasterium tam Monachi, quàm insimul Canonici sæculares fuerunt in eadem: in qua divina officia latino ritu conjunctim exercebant, & sacra peragebant ministeria.*

Sed ex hac prima fluctuatione non ita invalidus, ut ita dicam, Latinus Neritonensis Ritus emerfit; ut ei postmodum ad alteram sanè graviolem sustinendam vires non abundè sufficerent. Nicephorus Phocas Imperator furii in Ecclesiam Latinam actus, & odio malo, quo eam prosequabatur exagitatus, nullum non

mo-

movit lapidem, ut ope Polieucti Constantinopolitanæ tunc Sedis Patriarchæ, Latinum ritum à Japygiæ, Calabriae, & Apuliæ Ecclesiis penitus eliminaret. Tanti ausus nequitiam testatur Luitprandus Cremonensis Episcopus in sua Legatione ad Nicephorum Phocam Constantinopolitanum Imperatorem pro Otthonibus Augustis, & Adhelaïda anno Domini nongentesimo sexagesimo octavo suscepta, & relata ab Henrico Canisio in sexto tomo antiquæ Lectionis cap. 73. ubi hæc habet: *Nicephorus cum omnibus Ecclesiis homo sit impius, livore, quo in vos (Catholicos Romanosque Pontifices alloquitur) abundat Constantinopolitano Patriarchæ præcepit, ut Ecclesiam Hydruntinam in Archiepiscopatus honorem dilatet, nec permittat in omni Apulia, & Calabria latinè amplius, sed Græcè sacra mysteria celebrari.* Res autem extra votum cecidit. Paucis enim exceptis Ecclesiis, quæ impio edicto paruerunt, Neritonensis, cæteræque ipsius Provinciæ constanti animo, nec minas veritæ, quæ Imperatoris, quæ Patriarchæ partibus pro-

M

ten-

tenderentur, admissum quandoque Latini-
um ritum retinere.

Cum autem sub annum 1088. Cathedralis Neritonensis Ecclesia à sacro Basilianorum instituto, ad D. Benedicti regulam, juxta moventibus causis, transisset; eò minus Latinum ritum deseruit. Sed dumtaxat illas sacrorum mysteriorum consuetudines amplexata fuit, quæ speciali quodam ritu, & sacrorum Pontificum indultis Benedictino Ordini conveniebant. Cujus rei decretum habemus præfati Rodulphi Cardinalis Visitatoris his ipsissimis verbis expressum. *Præterea ne confusio aliqua inter Canonicos oriaturs, mandat, ut in ea parte chori prædictæ Matris Ecclesiæ Monachorum conventus, in alia verò Canonici sæculares in propriis stallis manentes divina celebrent officia, & horas Canonicas psallant, juxta ritum Regalæ Sancti Benedicti hæctenus in dicto Monasterio, & Ecclesia servari solitam.*

Hinc inspicere quàm latum errorem erraverit Alexander Thomas Arcudi in sua dissertatione, quam inscripsit: *Della vita,*

vita, e Patria di Monsignore Giovanni Barella Vescovo di Nardò: & quàm latè item nos unà cum illo hallucinati fuimus in alterius Episcopi Ambrosii Salvii gestis recensendis; dum in eis constanter scripsimus, Monachos, Abbatesque Benedictini Ordinis, qui plurimorum sæculorum cursu Neritinæ Ecclesiæ præfuerunt, primosque Episcopos, qui sæculo xv. Abbatibus suffecti fuerunt, Græcum in officiis Ecclesiæ ritum adhibuisse. Veniâ profectò ambo digni. Nondum enim in lucem emerferant plurima Neritonensis Ecclesiæ diplomata, quæ nunc curam maximam, diligentiamque eruditissimi Viri D. Petri Pollidori non evasente, quo minùs ea ab exterorum manibus, & ab imperitorum incuria constantissimè vindicaret. Vir bono literarum natus, & cui nos in ultimis adhæremus.

IV. Postquam autem nostræ Neritonensi Ecclesiæ ab antiquissimis illis temporibus, & à primis suæ foundationis exordiis Latinum ritum asseruimus; mirari nunc subit, cur nonnullas Græci instituti cæremonias olim admisserit, easque per

M 2 plu-

plurima sæcula ad hanc usque nostram ætatem non interrupto cursu servaverit. Inter quas sibi potiorem vindicat locum consecratio aquae in die sancto Epiphaniae, cujus causâ dissertationem hanc adornavimus. Sed laudabilis moris originem tunc assequemur, cum ex dicendis constabit; Neritinam Ecclesiam plures Graecorum populos sub se habuisse.

Constabit autem planè si, posthabitis aliis monumentis, quae ab Ughellio in tomo primo Italiae sacrae col. 1042. edit. Venetae recensentur, syllabum quendam exponemus, in quo à celebratissimo Viro Johanne de Epiphaniis loca Latinorum, & Graecorum distinguuntur. Quod ipse jam praestitit, ut apertiùs Johanni XIII. Pontifici Maximo Ecclesiae Neritonensis status pateret. Est autem hujusmodi.

Galatena oppidum Graecorum distat à Nerito tria millia passuum, & habet animas 4150. circiter.

Cupertinum distat à Nerito sex millia passuum, & est oppidum Latinorum, & continet animas 3120. circiter.

Op-

Oppidum Parabita Latinorum : distat à Nerito decem millia passuum , & habet animas 1800. circiter.

Oppidum Casarani magni Latinorum, simul & Graecorum : distat à Nerito passuum millia quindecim , & habet animas quatuorcentum triginta circiter.

Oppidum alterius Casarani inferioris est Graecorum : distat à Nerito etiam passuum millia quindecim , & habet animas mille centum circiter.

Oppidum Matini Latinorum : distat à Nerito millia undecim , & habet animas 1240. circiter.

Casale Octaviani Latinorum : distat à Nerito millia passuum septendecim circiter , & habet animas quatuorcentum sexaginta circiter.

Casale Mellisani Latinorum distat à Nerito millia passuum septemdecim circiter , & habet animas quatuorcentum triginta circiter.

Terra Allytti Graecorum : distat à Nerito millia passuum sexdecim , & habet animas quingenas quadraginta circiter.

Op-

Oppidum Racleum Latinorum: distat à Nerito millia passuum circiter quindecim, & habet animas nongentum octoginta circiter.

Terra Fellini Graecorum: distat à Nerito passuum millia decem & octo, & habet animas mille centum sexaginta circiter.

Terra Sycli: distat à Nerito millia passuum quatuor, & habet animas quatuorcentum nonaginta circiter, & est oppidum Graecorum.

Terra Naevisani similiter Graecorum: distat à Nerito sex millia passuum, & habet animas 850. circiter.

Terra Aradei similiter Graecorum: distat à Nerito sex millia passuum, & habet animas mille quatuorcentum quinquaginta circiter.

Terra Nojæ similiter Graecorum: distat à Nerito passuum millia septem, & habet animas septingentas, & circiter decem.

Terra Phulciliani Graecorum: distat à Nerito passuum millia tria circiter, & habet animas centum circiter, & septuaginta.

Ter-

Terra Tabollae Graecorum: distat à Nerito septem millia passuum, & habet animas circiter ducentum.

Casale de Casulis Latinorum: distat à Nerito septem millia passuum, & habet animas centum circiter, & septuaginta.

Casale Puteatitti Graecorum: distat à Nerito quatuor millia passuum, & habet animas circiter centum.

Casale Feudi Sancti Nicolai de Derneo Latinorum: distat à Nerito duodecim millia passuum, & habet animas supra trecentum nonaginta.

Casale Sancti Nicolai de Cilliano Graecorum: distat à Nerito millia passuum circiter tresdecim, & habet animas centum triginta circiter.

Casale Lugugnani Graecorum: distat à Nerito tresdecim millia passuum, & habet animas circiter ducentum quinquaginta. Haec ibi.

Nec solum Neritina Diocesis plurimis Graecorum populis constabat, sed Urbs ipsa Neriti, quae quandoque septingenta supra quindecim millia hominum capita

recen-

recensebat , Graecos , & Latinos insimul habuit indigenas: eodem Abbate de Epiphaniis referente. Quapropter duos habuit Cathedralis Ecclesia Archipresbyteros, Graecum unum , Latinum alterum: quibus sui cuilibet populi cura animarum incumbere. Quorum Archipresbyterorum memoriam suâ aetate ultra quinque integra saecula reperiri , idem Abbas testatur: & constare subdit ex variis scripturis Abbatialis Archivi , & praecipuè ex illis , quae sunt in fasciculis A. G. P. S. Nonnulla ex his è tot temporum calamitatibus emersa adhuc durant .

In iis peculiari observatione dignum occurrit Archipresbyterum illum , qui Latino populo præerat *Magni* , & *Maximi* honorifico titulo præsignari . Legimus in antiquo instrumento in Archivo Neriten- si per Franciscum de Angilbertis scripto: *Dopnus Petrus Falcus ejusdem Civitatis Magnus Archipresbyter* . In alio ibidem per Nicolaum de Martino de Castro Sancti Petri habetur : *Dopnus Nicolaus de Alanis Magnus Archipresbyter Neritonensis* . Subscriptio-

ptionemque reddit : * *Presbyter Nicolaus de Alanis, ut supra Archipresbyter Maximus Ecclesiae Neritinae*. Tali procul dubio vocabulo præcipuam Latini Archipresbyteri dignitatem, auctoritatemque designabant, cum ejusdem is esset ritus, cuius ipsa erat Mater Ecclesia. Vel saltem à majori subditorum numero titulum aucupabant. Quem ad Græci Archipresbyteri distinctionem usurpatum certò credimus, cum hic hujusmodi secluso titulo se Archipresbyterum signaret : nec absolutè, & illimitatè, sed Archipresbyterum Græcorum tantum, ut vel in subscriptionibus coarctatam auctoritatem definitamque profiteretur. Omnes autem sunt hujus formæ : *N. N. Protoperesbyter Græcorum Civitatis Neritoni*.

Hinc expiscare licet Archipresbyterum hunc Civitatis Neritoni, qui se *Græcorum* nuncupabat, non satis convenisse cum Archipresbyteris illis, qui Græcorum Orientalium Ecclesiis præerant ipso octavo & nono sæculo, quando Johannes de Epiphaniis Archipresbyteros Græcos Neritonenses

N

ses

fes fuisse testatur . Nec enim apud Græcos
 πρωτοπρεσβύτερος , aut Protopapas alius erat , quam
 qui primus esset inter plures Presbyteros
 unius Ecclesiæ ministerio mancipatos , cu-
 jusmodi apud Latinos dicebantur Presby-
 teri Cardinales . Tali pacto Archipresby-
 ter Πατῆρι , cujus tam frequens apud Græ-
 cos Scriptores mentio , primus erat Pres-
 byter Cleri Palatini : cujus nil aliud erat
 muneris , quàm sacris operari , & Ecclesia-
 sticis præesse officiis . At Latinorum Ar-
 chipresbyterorum cura semper fuit , Paro-
 chorum , & Canonorum regimini excu-
 bare , & esse in Laicorum spirituali ductu
 veluti Episcoporum Administratores . Hinc
 vehementer instat Ticinensis Synodus , ut
 Episcopi Archipresbyteros eligant , qui le-
 vamento , & solatio eis sint , & Episcopa-
 lis sarcinæ partem aliquam suis imponant
 humeris , Pastoralem Ecclesiarum sollici-
 tudinem minuant , Laicos doctrinâ im-
 buant , reliquosque Presbyteros in officio
 detineant . Horum similem Neritonensem
 Græcorum Archipresbyterum credo . In
 Civitate enim , ubi frequentes Græci erant
 tum .

tum Presbyteri, tum Laici, unum ab Episcopo eligi æquum erat, qui eorum curæ superesset, atque hos necessaria ad salutem scita edoceret, illos vero coerceret, si aliquando, ut homines sumus, demandati sibi muneris obliviscerentur: refractariosque, cervicososque ad Episcopum deferret, aut Maximo Latinorum Archipresbytero denunciaret. Cujus disciplinæ vestigium in Græcorum illis Ecclesiis etiamnum videre datum, qui nonnullas hujus Regni regiones, ut alibi diximus, incolunt. Et si quis Lectorum erit, cui Latini Archipresbyteri laudatum titulum huc referre lubeat, sciat me utrisque pedibus comitem habiturum.

Exciderat propè quid Rocchus Pirrhus de Ecclesia Messanenfi, & de Messanenfi, & Bovenfi Ughellius tradunt; in quibus Clerum olim Græcum fuisse testantur, cui præerat *Protopapa Græcorum*. Ejus dignitatis specimen in Messanenfi etiamnum perstat; & qui in ea hac dignitate fungitur baculo utitur, duorum ei Leonum capitibus superimpositis.

N 2. V. Quam-

V. Quamvis ergo Ecclesia Neritonensis Latinum ritum jamdiù receptum amiserit nunquam; attamen quia ex nonnullis Græcorum populis constabat, variasque Ecclesias Græci tunc ritus, ut vidimus, complectebatur; materni ejus officii fuit, hos quoque sinu fovere, & sese quandoque piis eorum usibus accomodare. Alienum enim à Christiana religione erat, ut confluentes in primis anni solemnitatibus ad Ecclesiam Græci Fideles, nil ibidem suspicerent, quod eorum pietatem aleret; pietatisque fervorem frequentiam sacrorum mysteriorum roboraret. Cautum quapropter fuit, præter nonnulla alia, quæ consultò hic omittimus, ut Episcopo Neritino sacra facienti, utriusque ritus Ministri adhærerent: duoque Diaconi inservirent, quorum unus Græcus Evangelium græcâ linguâ; Latinus alter, latinâ caneret. Quod multiplici ratione factum.

Primum, ut perspectum omnibus fieret, unum illum Antistitem utriusque Gentis esse caput: æquali idcirco veneratione colendum, audiendumque. Secundum,

dum, ut se uni tantum, veræque Ecclesiæ subjectos scirent: eamque illam esse non uno nomine dignam, quam veluti communem, benemerentemque Matrem impensius observarent. Postremum, ut Ecclesiæ unitatem peculiarem ipsius notam animadverterent: extra cuius fines, nec salus, nec spes ulla salutis superest: quosque eam scindunt, & aquâ, & igni, & commercio generis humani merito interdicendos. Quod & olim in Constantinopolitana Ecclesia usurpatum fuisse nos docet Nicolaus Primus Romanæ Sedis Pontifex in epistola ad Michaëlem Imperatorem pag. 30. editionis Romanæ anno 1542. *Istius enim, ait, dictione linguæ (latine scilicet) Constantinopolitana Ecclesia lectionem Apostolicam, & Evangelicam in sectionibus primitus recitare: sicque demum græco sermone propter Græcos utique ipsas lectiones recitare. Revera equidem, ut Græcæ ibidem Gentes consuetâ Evangeliorum, ac librorum Ecclesiasticorum lectione non frustarentur; sed pariter, ut specimen aliquod dominationis exhiberetur; quam Pa-*
pa

pa Occumenicus in omnes alias Ecclesias sibi vendicat: ut rectè opinatur Baronius, quidquid contra eum effutiat Casaubonus ad annum Christi xvi. *num. viii.* Quod autem in Neritonensi Ecclesia Græcum Evangelium primo loco legeretur, cui postmodum Latinum veniebat alterum, id ex more factum crediderim Ecclesiæ Romanæ: quæ cum in nonnullis suis ritibus Græcam linguam usurparet, jus ei prærogativæ cessit: habitâ forsan majori ejusdem linguæ antiquitatis ratione, Guilielmus Durandus in Rationali divinorum officiorum *lib, 6, cap, 36,* loquens de scrutiniis Catechizandorum hæc habet: *Primò masculi ad Austrum statuuntur, feminae ad Aquilonem: inde quatuor lectiones super eos leguntur, & quatuor initia Evangeliorum: deinde duo, unus masculus, & una femina in Sanctuarium ab Acholutis portantur: post symbolum Græcè super masculos, Latine super feminas dicitur,*

Obtinuit insuper in Neritina Ecclesia, ut in sacris Adventus Domini, & Quadragesimæ temporibus duæ ad populum

lum haberentur conciones ab utriusque
linguæ Oratoribus, itaut Græca unâ, &
Latina Gens propriâ dictione edoceretur,
& Evangelicum divini eloquiî semen aptâ
sibi sparsione susciperet. *Habet enim, in-*
quit toties laudatus Johannes de Epipha-
niis, Abbas Monasterii facultatem eligendi
quemcumque sibi placuerit in Græcum, &
Latinam Prædicatorem ad prædicandum E-
vangelium tam in Quadragesima, quàm in
Adventu Domini Græcis, & Latinis, qua-
libet anno à Civitate Neritoni, sustentan-
dum solius populi dictæ Civitatis impensis.

Cum autem, ut constat ex his, quæ
in superioris dissertationis parte abundè
prænotavimus, mos benedicendi aquam
die sancto Epiphaniarum à Græcis, qui
ipsâ eadem die Baptismum celebrabant,
constantissimè fervaretur; inde factum ut
Ecclesia Neritonensis, & hujusmodi ritum
admisit, & tali ratione Græcis populis
in sua ditione constitutis morem gesserit.
Hi enim admissarum disciplinarum stu-
diolissimi, nunquam eam passi essent, obli-
vione, & desuetudine obliterari, quam
præ

præ omnibus magnificiebant. Unde propinquioribus nostræ huic ætati temporibus Clemens VIII. Optimus Pontifex cum Græcos nonnullos ritus à Græcis Ecclesiis, quæ Latino subjacent Episcopo, justis urgentibus causis averteret, hunc tamen aquae in Epiphania benedicendae sacrum tectum habuit.

Die ergo Christi Baptismati sacro conveniebat frequens in Neritina Ecclesia Populus, ubi Latino Clero assistente Archiepresbyter Terræ Galatænæ Græcis sibi Ministris opitulantibus, magnam aquarum peragebat consecrationem: Græcusque unâ & Latinus Populus exorcizatis laticibus adspergebantur. Quos supererant, domos asportabant, ut ex eis campi, & si quid aliud, lustrarentur. Infantibus bibendos propinabant: servabantque per annum ad Infirmos benedicendos. Hausta à parentibus religione in seros hodiernum nepotes transmissa. Nil enim in præsentiarum immutatum est, nisi quod aquarum consecratio non Galateno, ut olim, Archiepresbytero, sed Episcopo Neritonensi incumbit.

Ejus-

Ejusmodi moris speciem quamdam primitus viguisse in Ecclesia Consentina docuit nos vetustus ejusdem Ecclesiæ Ordo, quem Consentinæ apud Patres Prædicatores vidimus, ope, & pronâ in nos voluntate illorum Literatorum, quibus præ aliis Urbs illa nobilis abundat, & nos plurimum debere spontè fatemur. Præscribitur ibidem in die Epiphaniæ, *quod completis laudibus, & pronunciato Martyrologio, mox Dominus, qui laudes celebravit, faciat solitum exorcismum salis, & aquæ, & circumstantes aspergat cum fasciculo byssopi. Cappellani quoque Civitatis aspergant inde Fideles omnes die ipsâ tam in Ecclesia, quàm ubicumque possunt, in memoriam, & reverentiam Baptismi Dominici.* Alius à Neritonensi ritus hic. Nam Ordo præfatus non solemnem Fontis benedictionem mandare videtur; sed aquæ illud cum sale exorcismum, quo contractionibus ceremoniis aqua lustralis in Ecclesiarum Aquiminalibus conficitur. Sed cum in memoriam Dominici Baptismi in die Epiphaniarum factum animadvertamus; forsan & in Consentina Ecclesia,

O

fia,

sic, quæ Græcas quandoque gentes complectebatur, aliquod Græci ritus vestigium obtinuit: quod hodie penitus desuisse scimus.

Ordinem verò illum, liceat in Eruditorum gratiam paulisper digredi, eundem esse cum Ordinario Lucæ Episcopi Consentini, toties à Martene de antiqua Ecclesiæ disciplina laudato, foetum primâ fronte suspicabar. Sed feriò rem perpendenti compertum fuit recentioris sæculi foetum esse: & in eo nonnulla quaedam prioris illius Lucæ Ordinis exscripta: interpolata scilicet, & ad temporum usum accomodata. Duplicem autem non spernendæ antiquitatis notam lætis ibidem oculis hausi. Titulus ei: *Senioris Ecclesiæ Consentinae Ordo*. Quibus verbis eruditissimi Mabillonii sententiae solidius pondus accessit. Docet enim Scriptor undequaque doctissimus in suo de re diplomatica tractatu, Cathedrales Ecclesias quandoque *Seniores Ecclesias*, & Monachorum Ecclesias *Seniores Basilicas* nuncupatas. In ejusdem fronte exolefcentibus, licet lineis Græcas literas α & α aucupari datum. Deducto more, ni fallor, ab Episcopo-

scoporum literis, quæ si Ferrario *lib. 2.* de antiquis epistolis fides præstanda sit, vel Labarum, vel signum Crucis, & plurimum Λ & Ω præseferbant. Seu libeat ad divinam æterni Numinis invocationem, quod nostrorum operum principium, & finis est, rem revocare. Unde, & in Græcorum Christi imaginibus quandoque occurrit. Licet in eis non raro etiam legatur in diademate $\Omega\Omega\Omega$: quod vocat Dionysius Arcopagita de divinis Nominibus: *Τὸ ἰσὺς ἰσὺς ὡς ἰσὺς διολόγηται ἰσχυρία. Entis verè existentis theologicam, ac essentiam exprimentem appellationem.*

VI. Cum autem in Neritonensis Benedictionis ritu pauca quædam occurrant, digna profecto quæ legentium mentes detineant; ea singillatim observare pretium operæ duxi.

Nec silentii pede præteream Archipresbyterum illum Terræ Galatæ, cui aquæ exercizandæ manus committebatur in eodem ritu, sicuti & in aliis vetustioribus monumentis *Protopapæ* titulo insigniri. *Post cantatas matutinas preces exiit*

Protopapas Ecclesiæ Galatænæ medius inter Diaconum, & Subdiaconum sacris vestibus indatus, & sequitur processionem Græcorum Galatenensium Sacerdotum, &c. Vox autem *Papas*, blanda puerorum ab ipsa Græcæ linguæ origine appellatio, & quæ non Avum, ut persuasi olim fuerant Alexandrini, sed Patrem significat, ut pluribus demonstrat Pearsonius in prima parte Vindiciarum epistolæ Sancti Ignatii *cap. ultimo* Episcopis olim tribuebatur. Licet hoc rariùs evenisse post sæculum octavum contendat Vir clarissimus Mabillonius de Re diplomatica *lib. 2. cap. 11.* & ad sextum tantum hujusmodi morem dilatet alterum sacræ eruditionis lumen Thomassinus de veteri, & nova Ecclesiæ disciplina *part. 1. lib. 1. cap. 4.* Post quæ tempora uni tantum Pontifici generaliter tributum Papæ vocabulum dictitant. Quod constanter usurpatum primitus fuisse ab Ennodio credit Sirmondus: dum eidem solemne fuit Romanæ Sedis Episcopum tantum Papam dicere. Donec Gregorius Septimus in Synodo Romana inolefcentem

mo-

morem lege firmavit, statuitque, teste Eminentissimo Baronio, hujusmodi titulum solius esse Summi Pontificis in Orbe Christiano.

In Orientalibus vero Ecclesiis nono, decimo, & undecimo saeculo ipsis etiam Hieromonachis, Plebanis, aliisque Ecclesiarum Rectoribus *Protopapæ* nomen præsignatum scimus. Testantibus id plurimis locis Spicilegii *tom. 2. pag. 285.* & Append. Capitularium *col. 1531.* & Coudino de officiis *cap. 1. num. 30.* & ibi Gretsero, Goaræ, & Meursio. Et Allatius *lib. 3. cap. 8.* de Eccl. Occid. & Orient. Perp. Consen. notat inter eos, qui à sinistris Patriarchæ affident, sublimiorem locum Protopapæ dari, quem *Principem Ecclesiae* vocat: cujus etiam est muneris in sacra Missa Antistiti sacram Communionem impertiri.

Sed nomen hoc apud Graecos item illos obtinuisse, qui alibi degebant, dubitare non sinunt documenta quaedam satis germanae fidei, quae ego Altomontii vidi (Oppidum est in Brutiis, quod veteribus Balbia audiebat) diligentia, ac
comi-

comitate eruditi Viri Thomae Pirroncelli. In eis frequens erat inscriptio: *NN. Protopapas*. Et unum inter caetera vidimus, cujus laciniam in nostro Brutio Itinerario amicis exposuimus, in quo Sancti Jacobi, Matris scilicet Ecclesiae Altomontanae Archipresbyter se subsignabat: * *Ἀνδρέας ὁ Πρωτοπάπας, Andreas Protopapas*. Ex quo opinari licuit, Andream S. Jacobi Archipresbyterum aliarum Ecclesiarum Presbyteris superstetisse. Ex qua porro ampliori dignitate se omnium primum nuncupabat. Opinionem tuetur aliud monumentum ejusdem Ecclesiae sub anno millesimo quinquagesimo quarto: ex quo corroso partim, partim literis penè exoletis nil penitus mihi expiscari licuit. Continere autem donationem quamdam Ecclesiae factam persuasum habui à nonnullis apicibus, qui, si non sensum, verba saltem aliqua huc spectantia reddebant: Hujus subscriptiones duo, quae aliquantulum injuriam temporum evaserant, ita se habebant: * *Signum propriae manus de Furlinghiero*. * *Signum propriae manus Dopni Humberti Papae*.
Hunc

Hunc postremum Presbyterum credo tantum, qui alios nec dignitate excedens epithetum Primi non usurpabat. Revera & Presbyteros olim apud Græcos *Papas* dictos, eruitur ab Actis Sancti Theodori, & Sociorum apud Ruinartium; ubi habetur, quod discedens Fratres singulos *amplexus est Sanctus, monuitque, ut quando veniret Papa Beatus Fronto, ex Malo ferens secum anulum, &c.* Et in Actis etiam SS. Juliani, & Basilissæ in vetustissimo Lectionario Luxoviensi, *Pape* nomine donatur Antonius Presbyter. Quod etiam uberius observavit Mabillonius in Acta Sanctorum Mammarii, & aliorum Martyrum Africanorum tom. 4. Analectorum. Et Goarius ad Cedrenum has voces *πάππας*, & *παρῶς* distinguit: & alteram Summo Pontifici, alteram Clericis minoribus convenire ait. Et in epistola Barbaro-Græca Cardinalis Bessarionis edita à Meursio pag. 59. *πάππας* pro Presbyteris etiam accipiuntur.

Quod autem præmissio Crucis signasse subscriberent Altomontani, id ad Gentis

tis morem utique reducendum. Usitata enim Calabris jamdiu fuit hæc subscriptio-
nis formula: cujus exempla ex Comitum
Claromontis chartis congerit Paulus Æmi-
lius Sanctorius in historia Carbonensis Mo-
nasterii. Et licet Mabillonius de Re di-
plomatica *lib. 2. cap. 5.* ejusmodi subscrip-
tionem Brutiorum tantum Magnatibus
tribuat; ex nostris nihilominus monumen-
tis jam patet, testibus etiam è trivio de-
sumptis probatam fuisse.

Postremum addam in Regiensi Ci-
vitate extare adhuc Ecclesiam Collegiatam,
quam Sanctæ Mariæ della Cattolica vulga-
ri nomine nuncupant, ac ibidem præci-
pua Presbyterorum Ministrantium Digni-
tas, ut vocant, cui insuper animarum
onus incumbit *Protopapa* dici. Aradæi
item in Dioecesi Neritina Paroeciæ Rector
hujusmodi honorifico titulo insignitur.
Quem ideo usurpatum contendit Allatius
de Græcorum Templis, quasi *πρωτος τῶν ιερῶν*,
primum inter Sacerdotes significet, quod
nos alibi probavimus.

Hic modo in proclivi est quæstio;
cur

cūr magna aquarum Neritina Benedictio
 per Protopapam Galatinensem, & non
 per Protopapam Græcorum Neritorum fie-
 ret. Græcis nempe Neriti degentibus suum
 quoque fuisse Archipresbyterum superius
 diximus. Facile porro dirimenda, si ea
 revolvamus, quæ jam disseruimus. Cum
 etenim Neritonensis Clerus Latinum nun-
 quam ritum fuerit amplexatus, externum
 advocari necessum erat, quoties juxta Græ-
 corum morem præcipua quaedam myste-
 ria Neriti peragi debebant. At ne unius
 Ecclesiae Clerus, alterius Archipresbytero
 ministraret; facile impetratum, utrumque ex
 una eademque eligi. In qua electione Ga-
 latinensium Collogiatam cæteris antecisse
 Græcorum ex æquo factum. Si enim ali-
 bi, ibidem & Græcam Gentem, & Græ-
 cum ritum validius obtinuisse, constat ex
 Codice MS. Ghisianæ Bibliothecæ, supe-
 rioribus annis nobis ab Franoisco Pellegrini
 Bibliothecario humanissimè communi-
 cato: in quo nonnulla recensentur de Ne-
 ritina Dioecesi à Fabio Ghisio Cardinali,
 antequam ad summum Pontificatum eve-

P

here-

heretur, administratâ. Nos hæc enserenda duximus: *Ecclesia Collegiata Terrae Galatonae sub invocatione Assumptionis B.M. Virginis adeo antiqua est, & Graecorum more constructa; quam tempore Ludovici de Pennis Neapolitani Neriton. Episcopi, Graeci Sacerdotes regebant, Latini vero Ecclesiam sub invocatione Sanctissimae Virginis Annunciationis. Ibidem functiones, & prae-rogativae, quas Graeci Sacerdotes in ipsa Collegiata Ecclesia obtinebant, sunt infra-scriptae. In omnibus Sabbatis totius anni caeteris Festis occurrentibus videlicet. In Festis Sancti Matthiae Apostoli, S. Thomae Aquinatis, SS. Philippi, & Jacobi, S. Gregorii Papae, Inventionis Sanctae Crucis, S. Barnabae, Sancti Jacobi, SS. Laurentii, & Augustini, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, S. Francisci, S. Lucae Evangelistae, SS. Simonis, & Judae, S. Martini, S. Thomae Apostoli primas vespas, nec non in festis S. Joannis Evangelistae, ac tertia die Resurrectionis Domini, & Pentecostes Missam sub Latinorum Presbyterorum silentio decantabant. Non item in vigilia Epi-*
pba-

phaniae Domini, in qua utrique tum Latini, tum etiam Graeci presbyteri Missam, & vespervas praedictas solemniter cantabant. Quâ etiam die soli Graeci aquam de more benedicebant in Collegiata, deinde Neriti in Ecclesia Cathedrali eâdem die: & Episcopo Meritonensi solemniter celebrante in Pontificalibus, Evangelium Graecum, & Epistolam Graecam cantabant, quam praerogativam antiquissimam presbyteris Graecis Galatenensibus, quibus deficientibus mantinendam esse presbyteris Latinis praedictae Terrae, vel Diocesis linguam Graecam callentibus Sacra Congregatio super reformatione Graecorum statuit, ac mandavit.

Feria quinta, & sexta majoris hebdomadae de nocte sub prima illius hora officium tenebrarum, ac sequenti Sabbato ejusdem hebdomadae eâdem hora Missam solemniter celebrant. Ad haec tempora, quo defunctus ad Ecclesiam deferrebatur ab illius domo usque ad eandem Ecclesiam ipsi soli sub eodem Latinorum silentio Graecis cantationibus defunctum corpus contrabantur. Hoc idem servantes in processionibus Quadragesimali-

malibus, *Ascensionis Dominicae*, & *Pentecostes*, quibus completis alter ex praedictis Latino Populo benedicebat. Quibus cessantibus, cum ad Ecclesiam revertebantur Latini, deinceps cantare incipiebant. Propterea vero ter in anno, & primo Sabbato Octobris, Sexagesimae, & Pentecostes per eosdem defunctorum commemoratio, nec non feriae quartae primâ horâ noctis post quartam Dominicam Quadragesimae solemniter matutinum, quo celebrata, statim missam decantabant, quae vocabatur Canonica.

Haec Collegiata Ecclesia complures Sacrandos Graecos doctissimos habuit, & praesertim unum, qui biscenti ferè sunt anni Byzantii Philosophiam, & Theologiam viginti annis publicè docuit. Graeci namque omnes erant, quemadmodum & tota Japygia. Et licet Galaxona linguam Graecam non servavit, sed ad latinam migravit, Sacerdotes semper Graeci fuere, literarum graecarum, Sacrae Scripturae, & Theologiae minime ignari. Hæc ibi.

Nec minoris animadversionis dignum duco in præfata aquarum Neritonensi consecra-

secratione, dum Psalmorum, Antiphonarum, aliarumque precum consuetum Deo pensam persolvebatur, hac ratione factum; ut ex una parte Græcus Chorus, scilicet græcâ linguâ; & ex altera Latinus, latinâ psalleret. *Interea*, habetur in Ritu, *alternante Choro Latino, & Græco cantatur altâ voce Responsale*. Hoc autem non ita Neritinæ Ecclesiæ singulare dicendum, ut nullis aliis, in quibus Latinis immixti Græci populi confluebant commune quandoque non fuerit. In vita Sancti Cæsarii Episcopi Arelatensis scribit ejusdem Discipulus Cyprianus, nil Sancto Præsuli antiquius fuisse, quàm Laicorum vulgus adigere ad psalmos, & hymnos canendos altâ modulatâque voce ad instar Clericorum, aliis græcè, aliis latinè: ut locus eis in Ecclesia Dei non esset fabulis, inanibusque dicteriis vacandi. Ubi observat Mabillonius de Liturgia Gallicana pag. 403. id aptè institutum, cum non solum ibidem Latini homines essent, sed Græci etiam propter Coloniam Phocensem, quæ Massiliam immigraverat. Refert etiam Leg

Ostien-

Officiensis *lib. 1. cap. 31.* Chaonic. Cassanen-
 sis, Monachos, qui superius Monasterium
 incolebant eo tempore, quo Monachis in-
 ferius Coenobium habitantibus obviam
 irent, inter caetera solemnia, ac commu-
 nis laetitiae signa Missam Graeco, & La-
 tino promiscuo cantu canere consueviffe.
 Quod observavit Chioccarellus de Episco-
 pis Neapolitanis pag. 99. Ubi etiam in Nea-
 politana Ecclesia usu fuisse habitum eruit
 ex Actis S. Athanasii, & Translationis San-
 cti Severini Abbatis à Lucullano Neapolim
 factae anno 920. in quorum postremis le-
 gerat: *alternantibus Choris Latinis, & Gra-
 ecis ceteres Sanctorum dedactas.* Unde &
 Neapolim Graccam olim fuisse Urbem, ac
 in ea Graecum quandoque Clerum florui-
 se ex iis, quae diximus, eruit & aliis
 quamplurimis documentis comprobatur Vir
 eruditus.

VII. At cum ex consecratis Epipha-
 niae aquis non amplius Neritonenses Fi-
 deles regenerarentur, sed ad alios pios usus
 tantum essent infundendae; in eis Chris-
 ma non infundebatur, sed Christi Domi-

ni

ni Crucis trinâ immersione sanctificabantur. Hic Protopapas, præferibit ritus, postquam Crucem ipsam incensans adoraverit, nâ cum universo Clero, & Populo adstante, & circumdante alveum aquarum cum luminibus, de manibus Patrini reverenter accipit illam, & immergendo Crucem ipsam in aquam altâ & canorâ voce subjungit: Tu omnipotens & sempiternus Deus, qui aquam amaram, immisso ligno, dulcem fecisti, benedicere, & sanctificare digneris hanc creaturam aquæ, &c.

Ex eodem Ritu dilucidè admodum eruitur Crucem hanc, quam fons Archipresbyter, seu Protopapas immergebat non Crucem hastilem esse, qualis ea est, quæ in Fidelium supplicationibus adhibetur. Jam enim sub ipsius Ritus initium præscriptum fuerat: quod fieret: Processio per Ecclesiam à Choro Altaris maximi ad Narthecem Ecclesie, ubi posita est in magno Alveo aqua benedicenda antecedente Cruce Stationaria, cum Acolythis ferentibus cereas accensos, & Thuriferario thurificante.

Stationaria vero, seu Stationalis Crucis

ea olim dicta, quæ in publicis supplicationibus ab una ad alteram Ecclesiam præferri consueverat. Quæ Ecclesiæ cum stationales dicerentur, vel quia Romæ Pontifex statis diebus in annum, præcipuè in Quadragesima, & Festis quibusdam ad eas procederet, ut ibi sacra perageret, vel quia populi ad has accedentes stantes orabantes; ejusmodi earum vocabulum in ea omnia translatum, quorum aliquis tunc erat usus. Unde Calix Stationarius, & Crux, & Minister Stationalis. De qua luculentissimam Dissertationem adornavit Illustrissimus D. Ciampinius, eamque plura in re cupientem vidisse præstabit.

Et quamquam Crux hæc, quæ Stationalis audiebat, pretiosior esset & ditior cunctis aliis in eadem Ecclesia asservatis; attamen in nostro Neritonensi Ritu prælatam ad Narthecem Crucem ideo *Stationariam* dictam opinor, quod hastæ oblongæ superimposita ad supplicationes habendas aptior esset. Preciosior enim credo eam, quæ aquis benedicendis immergebatur, & de qua laudatus Ritus hæc habet:

Dum

Dum propè finem hæc cantantur, procedit solemniter Patrinus de Pastophorio ornatus pretiosissimis vestibus, nobili orario humeros regens, & Jesum Crucifixam defert medius inter Diaconam, & Subdiaconum: precedentibus, & subsequenter multis Clericis, & populo cum cereis accensis, & Acolythis incensantibus Crucem illam.

Cujus allatæ modo conjecturæ causam in promptu habemus. Ab hoc enim eodem Ritu docemur Neritonensem Crucem postquam ter alveo fuerat immissa, ab Patrino in Pastophorium iterum reduci Cimeliarchæ traditam. *Dum hæc cantantur, Protopapa reddit Crucem Patrino, eamque incensat, qui Patrinus eodem modo refert illam in Pastophorium ad Cimeliarcham.* Cimeliarchæ verum præciosa ex Templi suppellectilibus adservanda consignabantur. Nec tantum sacra illa vasa, quæ sacrosancto Missæ sacrificio inserviebant, ut perperam nonnulli existimarunt, sed cætera omnia vel vestes, vel imagines, vel quod reliquum in Ecclesia erat pretii, & valoris. Ipsam verò Crucem apud Græ-

Q

cos

cos inter cimelia positam, immo eam *Cimelium* dictam, Veterum testimonia abundè comprobant. Teophylactus Simocatta lib. 5. Historiæ Mauritiî cap. 43. Crucem, quam Chosroës Imperator S. Sergio Martyri pro munere obtulit auro fabrefactam pretiosisque lapillis intextam *τιμωλιον* appellat: *Επιστολή δὲ δ' ἐπὶ τῷ αὐτῷ γράμματι εἶμα τῆς τιμωλίας ἐκ τῶν παλαιῶν βασιλέων παραμύθηται.* *Epistolam porro Gracè conscriptam, eam subscriptione sua simul cum pretioso illo Cimelio, donario in Barbaricum, quod dicitur, mittit.* Et Evagrius, ex quo Simocatta hæc desumpserat lib. 6. Histor. cap. 21. de hac eadem Cruce agens, quæ antea ab alio Chosroa Cubadæ filio ablata fuerat hæc habet: *Εκτίσθη δὲ χρυσοῦς οὗ καὶ τῶν ἄλλων τιμωλίων.* *Chosroes una cum aliis cimeliis (Crucem) deprædatus fuit.*

Si autem ariolandi locus detur, Crucifixi hanc imaginem, quæ inter sacras iconas, & cætera Neritonensis Ecclesiæ utensilia asservabatur, ipsam eandem crederem, quæ ibidem juxta Græcorum morem in tertia Dominica Quadragesimæ solemnî ritu

tu adorabatur. Hâc enim die apud Græcos Crucis adorationis Festum relegebatur. *Tertia jejunii Quadragesimalis Dominica*, inquit Triodion, *pretiosa, vivificaque Crucis adorationem celebramus*. Causam cur id fiat, fusè prosequitur Callystus in Synaxario de Dominica quarta Quadragesimæ, Chrysostomus, & Sophronius apud Gretserum de Cruce *lib. 1. cap. 67*. Et notat Alatius de Hebdom. Græcorum *cap. 17*. quod hæc eadem Dominica alio nomine dicitur *ἡ εὐαγγελιστικὴ ἀδorationis Crucis*. Quam thecâ inclusam, & in disco prope Altare paratam thure adolebant: indeque capiti uni Sacerdotum impositam solemnī supplicatione ad fores deferabant, rursusque ad Altaris valvas deductam, auratâque thecâ depromptam solemniter adorabant; ut habetur ex Typico Sancti Sabæ.

Cæterum ex nostro Ritu officium Gimieliarchæ intueri: qui dum Præsul sacra peragebat ante fores Scevophylacii, ut aiebant Constantinopolitani, seu Pastophorii, quod nos barbaro vocabulo *Sacristiam*

dicimus, stare debebat: & si quid ex eo five vas, five vestis, five quid aliud extrahendum erat, Ministro petenti suppeditabat: & sacris absolutis mysteriis suo iterum loco recondendum excipiebat.

Quis autem is esset Patrinus, qui præfatam Crucem è Pastophorio ad alveum deferrebat ignotum hætenus mihi. Inter antiquos perinde ac inter recentes Ecclesiarum Ministros hoc nomine appellatum legi neminem. Si nonnullas è Claustrali ordine Ecclesias excipias, quæ unum ex Subdiaconorum schola Sacerdoti celebranti ministrantem, Patrinum dicunt. Cujus appellationis originem, & hi nesciunt, qui eâ utuntur. Angelus Rocca *cap. 6. de Campanis*; refert in quibusdam Hispaniæ regionibus, & in Catalonia præsertim moris esse ad Campanarum benedictionem ex insignioribus Familiis virum & mulierem deligi, quorum munus sit Campanis benedicendis nomen imponere, eas veluti recens baptizatas candido lino operire, & cætera nonnulla præstare, quæ in baptizandorum regeneratione ex veteri Ecclesiæ insti-

instituto praestant Sponsores. An vero pari quadam ratione à Sponsoribus illis baptismalibus, Patrinus hic quoque noster effluxerit; itant in hac mystica Fidelium regeneratione Sacer Minister cum Cruce adstans pro omnibus Sponsoris vicem gereret, libenter ab Eruditioribus audiam. Mihi hucusque scire datum. Ejusmodi autem Ministri officium & nomen durare adhuc in quibusdam istius Provinciae Ecclesiis Graecum ritum cum Graecis populis habentibus, in tuis postremis ad me literis Nerito datis, testatus es Praeful humanissime Antonj Sanfelicij.

Ut ut verò sit Patrinum Neritinum inter Diaconos accensendum esse abundè probat *Orarium* illud, quo precedentis humeri amiciebantur. Orarium quippe Diaconorum vestis erat, eamque cuilibet alteri deferre vetitum. Balsamon in *canon. xxii. Laodicensi Concilii*, quem & sequitur Johannes Durant. *lib. 2. de Ritib. Eccles. cap. 9. num. 14.* Τὸ ὀρίον ποιεῖ inquit, *ἱεὶρος ἐστὶ τῶν διακόνων: Orarium ferre est tantum Diaconorum.* Et Liturgia Sancti Johannis Chry-

Chrysostomi Romae impressa: : *ἡ δὲ τὴν δε-*
ξιάνην τῆς τοῦ δευτέρου ἐκείνου ἑξήκειας, &c. Diaconus in-
 duitur tunicâ orans ita, &c. *Καὶ τὸ μὲν ἀρι-*
στερόν ἐστιν ἀντικειμένον τῷ δεξιῷ ὄμῳ. Et Orarium
 quidem exosculans imponit sinistro humero.
 Idem autem esse puto ac illa palla lino-
 stima ad laevam Diaconi, de qua S. Syl-
 vester & Zozimus Pontifices statuerunt,
 ut laevam Diaconi tegeret: quod Græ-
 ci etiam nunc observant: eamque supra
 Dalmaticam gestant. Cujus Græcorum
 indumenti formam admisisse videtur Con-
 cilium Bracarense can. xxvii. Placuit, quia
 aliquanti hujus Provinciae Ecclesie Diaconi
 absconsis infra tunicam utuntur Orariis,
 itaut nihil differre à Subdiacono videantur,
 ut de cætero superposito scapulae sicut decet
 utantur Orario. In Orario apud Græcos cor-
 intextum, inscriptumque erat verbum
αἴνος, & à sinistro humero pende-
 bat. Figuram Diaconi gestantis Orarium habes ini-
 tio Gregorae à Wolphio editi: habes &
 apud Changium de Imperatorum Con-
 stantinopolitanorum nummis *Figur. 10.* cui
 superpositas cernes litteras *Ἐπίσκοπος ὁ Πρωτοδικῆς*.
 Apa-

Apage verò inquit Gretſerus obſervat. in
 Coudinſum *lib. 1. cap. 16.* ut illis adhæreas
 qui *ἐν τῷ ὁρίῳ τῆς ὁριῶν*, *Sadarium*, eſſe volunt
 Orarium. Et licet apud Latinos nunquam
 ſeu rariùs admodum, ſtola ab Orario di-
 ſtinguatur, pro utroque enim indumen-
 te indiscriminatim utramque vocem uſur-
 pant Scriptores noſtri; ſecùs apud Græcos
 factum. Stolan, enim, quæ penes eos ſo-
 lius eſt Sacerdotis *ἐπίτολον* vocant; & Ora-
 rium ſolius Diaconi *ὀράριον* dicunt. Videndi
 eorum rituum Scriptores, quos ego ne-
 matus ſim prætereò, quidquam de no-
 minis etymo additurus. Alcuinus *lib. de*
divin. offic. ex eo dictum putat quod Ora-
 toribus, id eſt Prædicatoribus concedatur.
 Bruno Signienſis de veſtimentis Episcopii
 huiusmodi appellationem fortitum ait,
 quia quamvis ſine aliis indumentis Sacer-
 dotibus baptizare, conſignare, & alia
 multa orando facere liceat, nefas hoc ſine
 Orario. At Baſamo & Durantus loco lau-
 dato, à Græca voce *ὀράριον*, quod eſt ob-
 ſervo dictum putant: *Καὶ ἐν τῷ ὁρίῳ τῆς ὁριῶν*
τῶ ὁρίῳ. Appellatumque eſt orarium à ver-
 bo

bo ὁ, *ideft observo* : Matthæus *Blasar* in synopsi Conciliorum Balsamoni subscribit: ex eo, quod Diaconi orario significabant, quando nam publica jussione in Ecclesia Catechumeni à Fidelibus essent separandi. Quem *Blasaræ* locum perquam Calvinianè explicat Casaubonus. Cum autem intra nostrarum vocum fines origo nominis habeatur, laboriosum est ad Græcos usque transire: nisi eadem & vocum, & mercium fors sit, quibus quò longinquior patria, eò spectabilior est usus. Sanè hanc nobis debitam testantur Græci. Svidas *ὀρέειον*, inquit, *ῥομαϊκὸς καλῶνται*. *Orarium* latinè appellatur. Nobisque in promptu est eam vel ad os reducere, ori enim ad plausum, & favorem admovebantur stolæ ab antiquis: vel, quod magis arridet, ad oram vestimenti, cum Orarium, limbum & vestium instita, defluens attingat.

Nostro autem ritui appositè congruit, quod à Curopalata de offic. Constant. traditur. Ibidem habemus usum deferendi Crucem cum Orario. Agens quippe Author de festo Adorationis Sanctæ Crucis solemne
apud

apud Græcos, ut vidimus, scribit quod Archidiaconus affert Crucem ab Ecclesia:

Φορῶν μὲν τὸ στέφανον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, φορῶν δὲ τὴν αὐτὴν καὶ φερό-
ντα, ἑμὴν καὶ ἱσυχάζοντα, ἀλλ' ἀφάειν, *gestans tunc*

consuetam suam tunicam, tunc insuper & ca-
sulam, non tamen & suam stolam, sed Orarium.

Quibus verbis momentum additur iis, quæ superius diximus: immerfam videlicet in alveo Crucem eam esse, quam Græci solenni Ritu adorabant in Quadragesima.

Orarium insuper quandoque pro velo sumi notaverat Macrius in Hierolexico, & recudendam putavit lectionem Gregorii in Sacramentario feria vi. in Parasceve: ubi pro Oratorio ante Crucem collocato, *Orarium* reposuit: velumque illud innui dixit, quod sub Cruce majoris venerationis ergo, explicabatur. Exciderat forsan Viro erudito præscribi ab Ordine Romano, ut *quartus Scholæ præcedat ad Pontificem, & ponat Oratorium ante Altare, si tempus fuerit, & accedens Pontifex oret super ipsum.* Ejusmodi autem Oratorium, quod suppedanei genus est submittendis genibus na-

R

tum

tum nobisque Cubitale seu Precarium dictum, à Gregorio significari, ipsum adeat, si quis ambigat. Cui autem placeret pro Orario illo, quo Patrini humeros tegebant, velum intelligi debere; is vel ad sindonem illam, quâ utebantur Acoluthi, nè nudis manibus vasa sacra contingerent; vel ad superhumeralē illud, ad operienda primum eadem vasa in disco adhibitum, quodque Græci Aërem dicebant, & inde Subdiacono superimpositum, rem advocet oportet. Et uni forsan vel alteri non incongrua sententia probabitur.

VIII. Immersionis Crucis in aqua benedicta extant exempla in Ritu faciendi ex Ethnico Catechumenum ex Codicibus Bessarionis: in quibus habetur: *Et insufflans in aquam crucis ligno signat, & orationem adjicit, dicens: Centerantur sub signo Figuræ Crucis tuæ, adversariæ cunctæ potestates.* Quem locum Georgius Fehlavius vir summæ eruditionis, nisi eam Hæreticorum placitis turpius fœdaret, depravatū reddidit. Et in ordine Baptismi secundum usum Æthiopum in tom. 27.

Bi-

Bibliot. Patrum edition. Lugdun. pag. 642. colam. 2. ubi hæc leguntur: *Accipit postmodum Crucem, & ter eam aquam sulcat in modam crucis, ter clamans Sanctus, Sanctus; Sanctus: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.* Et in Græcorum Euchologio præscribitur, quod Crux recta in aquam benedicendam ter immergatur. Licet Manuscriptum Barberinum, ut ibidem observat Goarius, non aperte Crucem habeat, sed τὰ ἀγία ἕρματα. Est autem τὸν αἰῶνα Theca, vel Crux è preciosiori materia compacta, in qua sacra quædam Sanctorum Lipsana reconduntur, eamque Pontifex divina faciens collo appensam, religiosè gestat. Quibus adnecti potest, quod habet Edmundus Martene de antiqua Ecclesiæ disciplina: die scilicet Ascensionis Dominicæ morem fuisse apud suos, ut ceræ Cruces passim Fontibus immitterentur à Sacerdotibus ad eos benedicendos.


Græcos quod attinet, ejusmodi apud eos morem obtinuisse crediderim, ob venerationem illam eximiumque cultum, quo sanctam Christi Crucem prosequuntur.

tur. Scimus etenim cum eorum Sacerdotes panem ad celebrandum præparant, eum in figuram crucis extendere, & quodam signaculo obsignare, in quo vivificæ ipsius Crucis effigies insculpta visitur, literæque quædam compendiatæ leguntur, quæ *Jesus Christus* reddunt. Et die Palmarum cereos, cum crucibus populo distribuunt: in cujus quoque memoriam sextam olim feriam, æque ac diem Dominicum Religionis operibus vacantes observabant. Ter in anno per manus Episcopi in eminentiori sacrarii loco collocatam, venerandi laudibus, & hymnis prosequuntur. Et præter hæc mense Septembris, & Kalendis Augusti *progressio apud eos fiebat venerandarum lignorum pretiosæ, & vivificæ Crucis*, ut est in Menologio. Orientales eorum Imperatores antiquiorum Cæsarum ostentationem, qui globo in dextera gestantes teretem Terræ figuram, ejusque imperium universum ostendebant, salubriori sane consilio imitantes, Crucem globo addiderunt, *ὅς ἐστι τὸ πᾶν βασίλειον καὶ τὸ πᾶν κράτος τῆς γῆς. καὶ τοῦτο ἡ βασιλεὺς τῆς γῆς* *cujus operâ Imperium, ac belli victo-*

victoriam adepti erant, inquit Procopius *lib. 2. de Æd. cap. 2.* Ita ut mirum jam sit, quod tam foedè in eos crepent Hæreticorum filii, ut ex moribus Græcis falsò affectis, Orthodoxorum in Crucis adorationem prolixam pietatem, quò impiùs, eò putidiùs vellicent. At postquam solida argumenta defuerint ad technas, & fraudes confugere, eorum hominum est, qui satiùs ducunt internis veritatis stimulis cervicosâ mente refractari; quàm concepti quondam erroris laudabilem exhomologesim habere. Sed hæc sibi ipsi videant.

Postquam Crucem ter in alveum immerferat Protopapa, eâdem rursus totidem in formam Crucis vicibus aquas benedicendas sulcabat: ita ut Patris, & Filii, & Spiritus Sancti nomen, suo cuique repetito Crucis signo in memoriam individuae Trinitatis prosequeretur. Ritus hæc habet. *Postea Protopapas aquas Cruce sulcat, ter signans, & cantans: In nomine Pa * tris, ad Occidentem, & Fi * lii, ad Australem plagam, & Spi * ritus, ad Aquilonem, hoc modo:*

Plu-



Plura hic observanda sunt. Et primum vetustissimus mos, ut quidquid consecratur, sanctificatur, ac benedicitur, sacrosancto Crucis signaculo muniatur, ab ipso Ecclesiae nascentis exordio invaluit: quippe qui, teste Basilio, inter ea meritò recenseatur, quæ ex Apostolica traditione sine scripto recepimus, & servamus. Augustinus tractat. 68. de cap. 19. Johan. Quod signum, ait, nisi adhibeatur, sive oleo, quo chrismate unguuntur, sive sacrificio, quo aluntur; nihil eorum ritè perficiuntur. Et inter sermones incerti, qui olim Augustino tribuebantur, hæc habet sermo 75. Hujus myste-

*mysteria Crucis rudes catechizantur : eodem
mysterio fons Regenerationis consecratur :
eiusdem Crucis signo per manus impositionem
baptizati dona gratiarum accipiant . Utro-
que autem vetustior Cyprianus de Baptis-
mo Christi pag. 454. col. 2. edition. Pari-
siens. Una , inquit , nobis fides , unus Domi-
nus , unum Baptismum . Neque enim Pau-
lus pro nobis crucifixus est , aut nos gloriamur
in Paulo , sed in Cruce Domini , cuius virtus
omnia peragit sacramenta , sine quo signo nihil
est sanctum , neque aliqua consecratio mere-
tur effectum . Quæ Patrum loca eò libentiùs
reddere constitui , quò firmiùs propriùsq; de-
monstrant regenerandorum aquas signo Cru-
cis perpetuò in Ecclesia signari consuevisse .*

*Quinimmo veteres Christiani cum Ba-
ptismum expetebant Crucis signaculum ex-
petere dicebantur . Prudentius Peristeph-
hym. 1.*

Vocatus olim Pontifex

Accitur in signum Crucis.

*Videndi Epiphanius lib. de mensur. & pon-
der. ubi de Aquila sermo est , Hieronymus
in vita Sancti Hilarionis , Eusebius lib. 6.*

cap.

cap. 4. & alii apud Gretserum de Cruce
lib. 4. cap. 13.

Quod autem in Græcorum ritu non manu Sacerdotis benedicens, sed signo Crucis ejusdem trinum in aqua signum conficeretur; id ad diversam disciplinam, variamque mysteriorum observationem pertinet. Salutem enim in nobis per Christi passionem operari innuebant: eosque ad eam accedere, qui in nomine individue Trinitatis Baptismi lavacro regenerantur. Appositè Augustinus serm. 119. de Tempore. *Si crucem vides, attende & cruorem. Si vides quod pendet, attende quod fudit. Lancea perforatum est latus Christi, & manavit pretium nostrum. Ideo signo Christi signatur Baptismus, idest aqua ubi tingimini.* Quod & Deus quandoque miraculis testari voluit. Et ut alia missa faciamus, legitur in vita S. Alexandri Acoemetis Abbatís ad diem xv. Januarii penes Bollandum, Rabbuli cujusdam è Baptismi lavacro prodeuntis vestem undique crucibus ad summum ad imum refertam apparuisse. Quod haud leve attulit ad ejus roborandam fidem momentum. At Moscovitæ
sicq-

sicuti peccatum originis , & necessitatem Baptismi agnoscunt ; ita omnem nobis salutem per Christi passionem , Crucemque provenire scientes , Infantibus recens baptizatis Crucem ex auro , argento , aut plumbo , qualem parentes pro facultate comparare possunt , collo appendunt per Sacerdotes : teste Adamo Oleario , qui gentis ritus , & mores fusiùs literis consignavit . Additque Infantom per totius vitæ spatium collo appensam præfatam Crucem gestare in testimonium susceptæ religionis . Quod si quis mortuus in plateis offenditur tali destitutus Cruce ; illi sepulturæ honor constantissimè denegatur . Ad cuius gentis , licet à nostrorum castris satis dissitæ , scholam traherem ex Hæreticorum grege unum , qui in notis ad Divi Augustini Opera nuper editis , Puerorum Baptismum nec antiquum , nec necessarium voluit , Protestantibus & Calvinistis adhærens : eisq; sine Sacramento Regenerationis decedentibus in cœlis beatitudinem liberaliter alibi concessit , ut Socinianismum quàm pateat , propriùs sentiamus . Dignus

S

atta-

attamen cui & penitioris eruditionis, & quibus pollet ingenii virium meliorem à Deo usum precemur.

Protopapam Fonti benedicientem ad valvas Ecclesiæ stetit adversum, fronteque ad Occidentem versâ habemus ex Ritu: quod etiam superius innuerat, quando Fontem in Narthecæ parari præscripserat, & Protopapam è Pastophorio ad Fontem procedentem ante ipsum sisti debere. Id autem duplici ratione factum crediderim. Primò ut Catechumenos in Ecclesiæ Narthecæ olim stantes, & quorum causâ Fontis benedictio præcipuè adornabatur, Sacerdos benedicens respiceret, eisque pariter sacra mysteria intuenti pateret aditus. Audi Simeonem Thessalonicensem opusculum contra hæreses: *Narthecæ porro sunt vel Templorum initia, vel Catechumena, quæ ideo excogitata sunt, ut hi audiant, & visione divinorum fiant participes, labiis vero, & lingua fidem profiteantur, & pietatis verba concinant. Stationis vero, præcunque Fidelium non communicant, cum adhuc sint se juncti, & separari. At hic observandum est,*

est; priorem illam Ecclesiae disciplinam jam desuisse; cum primitus Catechumenis, nec audire liceret. Quod Tertulianus lib. de Præscript. cap. 41. jamdù innuit: *Quis Catechumenus, ait, quis Fideles incertum est: pariter adveniunt, pariter audiunt, pariter orant, &c.* Secundò, ut Dæmonum adjurationes, & insufflationes, quæ subinde repetebantur à Ministro benedicente, non Septentrionem & Orientem versus, sed ad Occidentem fierent. Quæ semper vetustissima fuit Ecclesiae disciplina. Unde Fideles sacris Baptismi undis brevi regenerandi ad Occidentem statuebantur, ut ibidem tenebricosum spiritum efflarent, & trinâ renunciatione abdicarent. Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia cap. 2. hæc habet. *Stans exinde ipsum ad Occidentem prospectantem, manusque versus illam plagam aversas protendentem, tertio Sathanam insufflare jubet, neque insuper abrenunciationis verba proferre.* Et in Euchologio Græcorum apud Goarium: *Et exutum excalceatumque baptizandum Sacerdos convertit ad Occidentem: manus in altum*

protendentem: & ait ter: Abrenuncias Sathana, &c. Et cum ter hoc dixerit, ait Sacerdos, insuffla igitur, & expe in illum. Similia habet Barberinum Manuscriptum Sancti Marci de antiquo more baptizandi. Convertamini in Occidentem protensis in altum manibus: quod dico ego, & vos pariter dicite, &c. deinde interrogat illos: Renunciastis Sathana, & omnibus operibus ejus, & omni cultui ejus, & omnibus Angelis ejus, & omni pompæ ejus? dicunt ei: Renunciavimus. Dicit eis: Insufflate in eum, &c. Cautum verò fuisse opinor, nè Alveus aquarum rectâ ad valvas præpararetur; sed ad meridiem vergens, ne Sacerdos terga Sacratio obverteret, quod Rituales semper libri summopere caverunt: & ut Ecclesiæ morem prolixius sequerentur Neritonenses cives, cui semper solemne fuit Baptisteria ad Australem Ecclesiarum plagam collocare. Et huc respexisse fatendum est, Divum Carolum Borromæum vetustioris Ecclesiasticæ disciplinæ acerrimum Restitutorem, cum Baptisteria prope Ecclesias, & meridiem versùs construi mandavit.

IX. Jam

IX. Jam quod observandum superest illud est, cur *Filii* nomen ad sinistram signent Græci: relicta dextera parte *Spiritus Sancti*, cui nos Latini lævum latus tribuimus. Simile quid ab eis factitatum docet Allatius, & nos experientiâ didicimus, eodem quotidiano Crucis signaculo, quo ad omnem aditum, ad exitum, ad vestitum, ad calecatum, ad mensas, ad lavacra, ad cubilia, ad lumina frontem testimur, ut de suorum temporum moribus loquebatur Tertullianus. Græcus etenim in capite *Patris*: in imo pectoris *Filii*, in dextera parte *Sancti*, in sinistra *Spiritus*, dicit. Latini autem sinistram prius tangendo partem, *Spiritus* pronunciant. Quém ab eis inversum ordinem vitio olim Latinis vertebant Græci; quemadmodum in quarto adversus eos libro testatur Manuel Caleca. *Causantur item, quia dum vitale sibi signum imprimunt, transverse à dextris inchoando Crucem formant.*

Antequam verò id ostendo pauca præmisisse juvabit, attentâ si non meliorum, saltem infirmiorum indigentia. Cur enī inscriptioni parcere, quando pauca prænotata

tata, quæ exoriri possunt scandala evellunt? Vel ergò in dextera, vel in sinistra parte signetur Filius, nec penes Græcos, nec penes Latinos minimum quid importat, quominus eadem semper stabili, & inconvulsa sit consubstantialitatis, & processionum Fides. *Dignitatis gradus non est*, inquit Ambrosius, *ubi plenitudo divinitatis est*. Licet externæ quædam observationes diversimodè in Ecclesia habeantur, una tamen est Fides, quæ nos intus alit. *Sic una Fides*, ajebat Augustinus ad Casulanum, *universæ, quæ ubique dilatatur Ecclesia, tanquam intus in membris; etiamsi ipsa Fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo quod in Fide verum est impeditur*. Et hæreticâ sanè labe infectos ab Catholicorum coetu explosit Ecclesia tam Sabbatianos, qui sinistram in divinis esecrabantur; quàm Ruthenos, qui sese consignantes in sinistra definunt. Utpotè qui externorum Rituum diversitate, mentem ab Ecclesiastico dogmate alienam patefaciebant. Cæterùm Filio & Spiritui Sancto, vel à dextris, vel à fini-

sinistris alicujus mysterii causâ statuuntur, eandem esse cum Patre divinitatem, & consubstantialitatem firmissimè tenent Catholici. Quod & inferiùs repetitum volo cum dexteram partem veluti digniorem efficeram. His præmissis, fidentiùs nunc in rem invado.

Plura hic commentari possent de Gentilium moribus; à quibus in sacros ritus effluxisse non pauci credunt, quod dexterâ sinistra honorificentior haberetur. Nam hodiernam in sepulchris, quæ nobis reliqua fecit antiquitas, ad virorum dexteram conspiciuntur mulieres: ut in cippis quibdam in Pago Sanctæ Mariæ ad veterem Capuam observaret mecum Cl. Mattheus Ægyptius, Vir paucis comparandus: & Matronas Romanas in Severi Imperatoris funere dextrorsum, sinistorsum verò stitisse Senatores, Herodianus scribit lib. 4. Et Trimalchio in fragmento Tragicæ Petronii, statum suam ad sinistram Fortunatæ suæ in sepulchro construï iussit. An verò attentis his statui possit, sinistram dextera prælatam fuisse apud eos,

didi

diu est, quod ipse hinc non secus ac ad aquas, ut ajunt, hæreo. Difficultates enim animadverti quasdam, quibus ego solvendis vix essem. Dexterum autem latus à Mulieribus occupatum à sinistro, in quo Homines collocabantur venire alterum, & in inferiorem ordinem ablegandum esse, ostendit nuper Philippus Bonarota Florentinus in suis observationibus ad quorundam sepulchralium Vitrorum fragmenta. Quod ab erudito Viro plurimis comprobari Scriptorum testimoniis Tomus xxvii. Ephemeridum Itatorum Literatorum nos docuit. Verum egregium, & à nobis expetitur opus videre hucusque non datum. Sed Spartam hanc aliis libentiùs adornandam relinquo. Aliud iter instituo, & nostrum quod attinet Ritum, rem sic enodandam puto.

Vel signum Crucis, quod Fonti benedicendo imprimebat Protopapa ille Galatenus pronunciando nomen *Filii*, consideramus respectu signi *Patris* in superiori Fontis regione efformato; vel respectu Populorum assistentium. In utraque ratione

tione dignius habitum , quò ad situationem , altero Crucis signo *Spiritus Sancti* nomini tributo . Quod quàm verum sic paulo fusiori parergo ostendendum est .

Vetustissimum Fidelium Populorum morem fuisse satis superque constat , ut dextera , & læva pars in Ecclesia illa haberetur , quæ Antistiti oranti , & apud Deum pro nobis legationem fungenti dextera erat vel sinistra . Et cum ex nihilo seciùs antiquiori more Antistes versâ ad Orientem facie preces Deo funderet ; inde evenit quòd Australis plaga dexterum & dignius, Aquilonaris lævum & inferius in Ecclesiis latus nuncuparetur : licet sacrario totique ipsi templo Austrum ad sinistram , & Boreas ad dexteram caderet . Inde mos inolevit , ut dexterum latus Mulieribus , Hominiibus lævum præscriberetur . Et Episcopi benedicentes pronunciato *Patri* nomine è regione valvarum Templi , *Filii* sinistram , & dexteram partem *Spiritus Sancti* signarent . Et Diaconi olim dum Evangelium legèrent in Ambone se verterent ad meridiem , ubi *Viri* audientes sedebant .

T

Et

Et inde pariter alter effluxit, ut in Picturis & Imaginibus Majoribus dexteri Minores collocarentur. Sophronius Hierosolymitanus apud Concilium Nicenum secundum *ἡμεῖς, αὐτὸ, μὴ τὸν δεξιῶν Χριστὸν παραμυῖνον δεξιῶν ἔχοντα, ἀλλὰ δὲ τὴν μητέρα αὐτοῦ δεξιῶν, αὐτὸν ἀριστερῶν. Μαρία ὑμῶν, διὰ τοῦ ἱεροῦ Βαπτίστου.* *Quæ medium habet Christum Dominum coloribus depictum, levam autem Christæ matrem & Dominam nostram Deiparam semper Virginem Mariam, dexterum verò Johannem Baptistam.* Et ex Gregorii Magni mandato, ejusdem Parentem Gordianum ad dexteram Petri depictum testatur Johannes Diaconus. Nec rarò Christiani Imperatores occurrunt in Nummis ad Sanctorum quandoque, quandoque etiam ad Deiparæ dexteram. Ut jam pateat, quàm perperam Acatolici, Petri ad levam Pauli collocationem in Bullis & Imaginibus, contra ipsius Petri primatum injuriosè detorqueant. Sed eis agendas gratias putarem. Tali enim ipso Imaginum usu cultusque ab ætate usque antiquitate concordant, ac nobis Primatum Petri con-

T

vel-

vellunt, quem habemus firmiorem quam ab impudentissimis Novatorum argumentis destrui queat.

Liget autem Latinis ac Græcis eadem fuerit in Ecclesia dextera & sinistra pars, nam utrarumque Gentium Antistites obversi ad Orientem preceabantur; ad eam tamen prænosendam diversa apud ipsos ratio adhibebatur. Græci enim ab ingredientibus templum, Latini ab exeuntibus utrumque latus auspicabantur. Quod processisse à diversa Ecclesiarum positione, quæ jamdiu apud eos obtinuit eruditè opinatur Allatius de Eccles. Orient. & Occident. Perpet. Conf. Lib. 1. Cap. 6., ejus studio nos plurimum ad hæc profecisse fatemur.

Ecclesiarum quippe Orientalium, si unam tantum Antiochenam demas, ea frequens fuit dispositio, ut valvas ad Occidentem, Sacrarium ad Orientem haberent adversum, quas idè Eotholas appellabant: quum ex quarum Sacrarium ad Occidentem, & valvæ ad Orientem, Eopylæ dicebantur. Quæ forma cò invaluerat, ut Socrates præposteram atque

T 2

in-

;

inversam ἀντίρροπον dicat Ecclesiam, quia ἡ ἐκκλησία ἀντίρροπος τῷ δυνάστεϊ, ἀλλὰ πρὸς δὴν τοῦ θεοῦ illius sacrarium non ad Ortum, sed ad Occasum spectabat. Quod ab Apostolicis Constitutionibus Clementi tributis demandatum fuisse nullus nescit. Idque Galliae, Germaniaeque, & Aegypti Regiones sequutae sunt. Sidonius Apollinaris lib. 2. Cap. 97.

*Aedes excelsa nitet, nec in sinistram
Aut dextram trahitur, sed arce frontis
Ortam prospicit Aequinoctialem.*

Frons autem seu πρὸς τὸν θεόν apud Ecclesiasticos Scriptores pars illa est, ubi sacrarium collocatur. Unde Eusebius Iustiales Fontes, qui in Ecclesiarum atriis statuebantur ἀντιστοιχοῦντες οἷς τῶν ἱερῶν τοῦ θεοῦ ἐκ τῆς regionis ante ipsam Ecclesiae frontem constructos docet. En quàm sedulò veteres illi Fideles Ethnicorum vanos inanisque ritus in nostrae Religionis obsequium traherent: quod & alibi observavimus. Gentiles etenim suorum Deorum sacraria ad Orientem fabricasse docent abundè Procopius, Pacatus, & Vitruvius. Cæterùm orandi ad Orientem morem ita inviolatum esse Græcis, scribit

Goa-

Goarius in eorum Rituali, ut retrò Eccle-
 siam si fortè clausa sit, adorare coacti, tergè
 potius Ecclesiam, quàm Orienti regioni ver-
 zere formident. Rationes habes apud Da-
 mascenum Orthod. Fidei lib. 4. Cap. 13.
 Clementem Alexandrinum Stromat. Lib.
 7. Germanum in Theoria Ecclesiar. pag.
 148. Basilium de Spirito Sancto Cap. 27.
 Gregorium Nyssenum Homil. 5. de Oratio-
 ne Dominica Tom. 1. Dionysium Arcopa-
 gitam de Hierarchia Ecclesiar. Cap. 1. Sect.
 6. & Cap. 2. Sect. 5. Vide etiam Rhodi-
 ginum lib. 12. cap. 9. cui adde Pamelium
 in Notis ad Tertulliani Apologet. cap. 16.

Romæ autem, & in nonnullis aliis
 Occidentalibus Regionibus primitus alte-
 rum Ecclesiarum construendarum situm
 usurpatum fuisse videmus: facie scilicet
 Sanctuarii ad Occidentem, & januâ ad
 Orientem adversâ. Romanorum sacræ ædes,
 quæ Ecclesiasticam Sylvestri Pontificis Ar-
 chitecturam demonstrant hujus sunt gene-
 ris. Hujus Lateranensis & Vaticana. Et
 de Callistina Basilica idem tradit Anasta-
 sius: dum Sanctorum corpora in ea collo-

ca-

162
 cap. ad apsidem Altaris dicit: apsidemque
 in Occidentali parte constituit. Ex hoc
 eruit Ahatius & Roma & Antiochiæ Ec-
 clesias omnium primam unum & eundem
 struxisse Petrum Apostolorum Principem,
 unam quippe eandemque præferebant for-
 mam. De Antiochenâ scripsit Socrates *lib.*
5. cap. 21., ejus Sacraii frontem non ad
 Orientem, sed ad Occasum spectare. Id
 quod forsân præstetit. Apostolus, ut de Sa-
 lomonis templo abcomodaret: ejusque for-
 mam sectari placuit, cujus anterior pars
 Orientem respiciebat. Quam sententiam
 aliis discutiendam in medio relinquimus.
 Tria porro Martyrologia eruditorum ma-
 nibus teruntur, quæ olim videntur diri-
 gere. Regium unum ex Bibliotheca Chris-
 tianæ Svecorum Reginæ: impressum alte-
 rum in quarto Tomo Spicillegii Acherya-
 ni: Editum tertium Lucæ ab erudito Vi-
 ro Francisco Maria Florentinio. Uno ore
 ibidem legitur: *Kalendaris Augusti dedicatio*
primæ Ecclesiæ Beato Petro constructæ.
 Quæ sanè Martyrologia antiquiora sunt, si-
 cet fortasse eam non habeant, quam præ-
 fe-

ferunt in titulis vetustatem. Sed licet à Petro Occidentalium Ecclesiarum forma effluerit, breviter tamen Romæ Orientalium Ecclesiarum structura obtinuit: quæ postmodum ibidem & alibi observari desit: vel quia commodiorem sibi locum eligebant Structores, vel ut Manichæorum & Priscillianistarum hæreses conficerentur: sicut eruitur ex Leone Papa *Serm. 7. de Nativitate.* & aliis. Quæque deinde in. eisdem.
 Aut ut fit, in his quæ apud Occidentales sacrarium ad Occidentem habebant, Antistes versâ ad Populum facie celebrabat, ut Deo in Orientem præces funderet; quod plurimis exemplis probari potest. Nos cæteris omisiss, unum Du Carolam Borromæum deligimus, cui nil fuit antiquius quam veteris Ecclesiæ disciplinam ex Hominum memoria fere lapsam pristino usui restituere. Sanctitate ergo doctrinæ, & dignitate tunc Eminentiissimus Præsul Institutionum suarum *lib. 1. Cap. 10.* postquam Ecclesias ad Orientem edificandas esse iussit, si quæ extraherentur ad Occidentem edifice voluit, in quibus pro ritu Gentium

tis Sacerdos versâ ad Populum facit sacrum facit, Hodieque in Aede Apostolorum à Pontificibus celebrantibus facies Populo & Orienti datur.

In Græcorum ergo Ecclesiis; quæ Altare ad Orientem habebant Antistitis peragentis sacrum dextera erat Australis pars, Aquilonasis sinistra, quæ ingredientibus in Ecclesia eadem ratione obveniebant. In Latinorum porro, quarum inversâ ab illis formâ Sacrarium ad Occidentem, Atrium ad Orientem spectabat, Antistitis item dexteram Australe latus, Sinistram Aquilonare tuebatur, quia fronte Populum versâ divina fascibat: at egredientibus ex Ecclesia stabat similis, nam eis etiam Austrum erat à dexteris, Aquilo à sinistris.

Sed cum hæ apud Latinos, illæ apud Græcos frequentiores essent diversâ Populorum ratione factum, ut alii ab exeuntium, alii ab introeuntium dextera honorationem in Ecclesia locum designarent. Et licet deusu temporum harum forma immutata esset, admissus nihilo-
mi-

minus prænosceendi dexteram sinistramve
 mos longius obtinuit. Exorta in Concilio
 Florentino de ordine sessionis Græcos in-
 ter Latinosque controversia, hac lege di-
 rempta fuit, ait Cabassutius Histor. Con-
 cil. ann. 1438. ut ipse Pontifex cum suis
 Latinis dexteram partem, quæ leva est in-
 gredientibus; alteram Imperator cum suis
 Græcis haberet. Ita factum est, concludit
 Allatius, ut dissensio quæ non ita facile
 dirimi poterat à sola utriusque Gentis
 consuetudine vel minimo negotio sedatâ
 sit: & quælibet in una eademque Eccle-
 sia more suæ regionis locum honoratiorem
 citra alterius præjudicium occupaverit. In
 nostro etiam Neritino Ritu præscribitur,
 ut Abbatis procedentis ad Alveum dexte-
 ro lateri Clerus Latinus adhæreret, fini-
 stro Græcus. *Dum igitur dexterum locum
 tenent Latini, & juxta sacrorum Ordinum
 præminentiam alii sequuntur alios, vel præ-
 cedunt, post omnes venit Venerabilis Abbas.*
 Quo ex consuetudine utriusque gentis nil
 poterat aptius evenire. Nam dum ad Fon-
 tem se sisterent Cleri versi ad Occidentem

introeuntibus dexter erat Græcus, exeuntibus Latinus.

Hujus moris ignoratione aliquantum laborasse videtur Eruditissimus Changius in suo mediæ, & infimæ Latinitatis Glossario Tom. 3. pag. 171. edit. Pariss. Refert hęc Inscriptionem Vaticanam hujusmodi:
**AD SANCTUM PETRUM APOSTOLUM . ANTE REGIA IN PORTICU COLUMNA SECUNDA QUANDO INTRAMUS SINISTRA PARTE VIRO-
 RUM LUCILLUS ET JANUARIA HONESTA FOEMINA: &** vix sibi constare Baronium, ait, qui ex hac inscriptione collegit Viros finistram partem Templi ut tunc digniorem habitam, Mulieres vero dexteram occupasse. *Nam cum vetera, subdit Christianorum templa ad Orientem extructa fuerint, Virique in iis ad meridiem, mulieres ad Septentrionem locum habuerint; necesse est ut introeuntibus pars Virorum dextera fuerit: quod videtur adversari Inscriptioni.* Nullam autem in ea suspicatus esset antilogiam, si Petri Apostolorum Principis templum ad Occidentem extructum
 ad-

advertisset . Unde pars viroturn licet in meridionali parte constituta ingredientibus sinistra erat : ideo dignior apud Latinos habita , quia egredientibus dextera .

His ergo animadversis , jam nobis in proclive est ratio cur Galatenus Protopapa in sinistra Fontis regione Crucem expresso nomine *Filii* efformabat . Suae enim Gentis morem sequutus illam esse honorificentiorē existimabat : ingredientibus enim templum dextra fiebat , licet sibi & Latinis adstantibus laeva esset .

X. Si vero nomen *Filii* in signo Crucis observetur respectu *Patris* , jam patet dexterum locum tenere . Nam cum Crucis signum , in quo vox Patris exprimebatur Orientem solem respexerit , dextrorsum ei erat signum *Filii* , sinistrorsum *Spiritus Sancti* .

Et si hanc potius quam superiorem inspectionem Græcos habuisse contendat aliquis , facile concordiam inibimus . Plura enim occurrunt antiquitatis monumenta , ex quibus eruiamus dextram sinistramve partem ab eo petitam , cui alter adhæse-

rat . Præscribitur in ordine Romano , ut sedentibus in Ecclesia Episcopis Presbyteri sint dexteri . Sed rationem intuerè : *ut quando Pontifex sederit & ad eos respexerit, Episcopos ad dexteram , Presbyteros contineatur ad sinistram* . Et cui nam constat penitentiorem quamdam causam non movisse Græcorum aliquot , ut hanc potius quam alteram in efformando Crucem *Filli* rationem inirent ? Næ eos ad Scripturarum loca respexisse , in quibus Filius vel dextera Patris , vel ad dexteram Patris collocatus dicitur , extra rem non esset asserere . Et sententiam urgeret , quòd Arriana hæresis , quæ tot tantasque turbas apud eos excitaverat , Divinarumque Personarum susque deque naturam dederat , harum interpretatione per veteres Patres conficiebatur . Audiamus Chrysostomum in Psal. 109. pag. 930. edition. Parisien. *Oportet alia , quæ ad Judæos dicta sunt etiam ad eos dicere . Eos enim qui similiter bellum gerunt oportet eisdem jaculis confodere . Quid sibi vult sedis societas ? Hic enim ostenditur honoris æqualitas , quod satis est ad ob-*

tru-

*rudendum os Arrj. Quem antea perstrinxerat
 Athanasius in disputatione contra eundem
 Arrium in Niceno Concilio Tom. 1. pag.
 35. edit. Parisien. 1627. At: Jam Brachium ut
 Brachium quoniam quoniam, val. h. e. Ag: Brachium
 Brachium ut h. e. At: Brachium ut h. e. Ag: Brachium
 Brachium. At: dixit Brachium cuius est bra-
 chium consubstantialis est, an non? Ar: dixit
 sic se habet. At: dixit: & dextera cuius
 est dextera est ne consubstantialis an non? Ar:
 dixit sic se habet. Idem de comuni essentia
 Patris & Filii & Spiritus Sancti pag. 217.
 Filio contra scimus eximiam sedendi rationem
 propriamque, nimirum ad dexteram Patris,
 attributam esse. Accedat utrique Am-
 brosius in Psal. 169. Nec mirum si
 sedis offertur Filio consensus à Patre, qui
 minus est substantia & Natura etiam Patre.
 Cur autem ad dexteram Filius esse dicatur
 moveat aliquem fortasse. Licet enim digni-
 tatis gradus non sit, ubi plenitudo divinita-
 tis est; tamen ideo à dextris sedet Filius,
 non quod præferatur Patri, sed hoc infe-
 rior esse credatur. Videbis etiam Occume-
 nium*

nium in Epistola ad Ephesios & Hebræos
*Cap. 1. Cyrillum Hierosolymitanum Ca-
 tech. 14. Basilium lib. de Spiritu Sancto
 Cap. 6. Damascenum lib. 4. de Fide Cap.
 2. & Leonem Magnum Serm. 1. & 2. de
 Ascensione.*

Lectorem demum hic admonendum
 duco in ejusmodi Crucis signis imprimen-
 dis differre almodum à Neritino ritu,
 ritum illorum Italo-Græcorum, qui inter
 Latinos degunt. Hi etenim tria Crucis
 signa in alveo à labro ad labrum formant,
 & in unoquoque signo repetant: *In no-
 mine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti,*
 Crucemque totidem immergunt, juxta id
 quod xix ab Euchologio præscribitur. Si-
 milia præstant Monachi Sancti Basilii:
 quibus Neapoli ad divi Agrippini, pro
 Cruce illa stationaria, de qua superius dif-
 ferimus, à solibus Ecclesie per funem
 immixtam Crux pendet foliis & pomis ci-
 trinis abundè referta: quæ postmodum
 Populis distribuitur in serum tempus as-
 servanda ad fulgura, ut ajant, & febres
 arandas. Neque prætermittendum hic

videtur, quidquid ad rem nostram habet
 eruditissimus Pagi in anno Christi XXIX.
 Josephum scilicet Georgerinum Archiepi-
 scopum Samos in insula Archipelagi diem
 Epiphaniæ in Aquensi Civitate celebrasse:
 in quo cum aquam juxta Orientalium
 Græcorum morem expiaret, in alveo sta-
 tuam quamdam pueri Jesu immerfit, ejus-
 dem Baptismi memoriam renovans. Ad-
 ditque Auctor tali pacto consecratam aquam
 in longum tempus incorruptam permansisse:
 fortè diutius duraturam, si phialam in
 qua asservabatur frangi non contigisset.

XI. Illud etiam peculiare habet Ritus
 noster, quòd ex Latinorum more expian-
 dis aquis sal immiscetur. Hic Protopapa
 habetur ibidem, *mutatâ voce mittit sal in*
aquam tribus cracibus aquam signans & di-
tens &c. Sal autem ab Hebræorum sacri-
 ficiis, quæ teste Theodoro in Cap. 43.
 Ezechielis Tom. 2. pag. 27. sale perageban-
 tur, in nostris benedictionibus derivasse
 comprobant Gatacorus Advers. Sacr. Cap.
 43. pag. 443., & Theophylactus in cap.
 9. Marci, Admissumque ritum constan-
 ter

ter servavit Ecclesia. Unde in *Can. 43. ex Saxonis datis sub Edoardo Angliæ Rege*, & exhibitis in *Tom. xxv. Conciliorum* habetur: *Docemus etiam, ut nemo negligat sacramentum aliquid, aquam scilicet benedictam sal, thuris, panem, & hujusmodi.* Et in sacris Regenerationis mysteriis peragendis, Catechumenis sal tribuebatur. *Postquam*, inquit Gregorius in *Sacram.*, *gustaverit medicinam salis, & ipse se signaverit, benedices ei.* Cujus moris mysticas rationes latè prosequuntur Isidorus *Offic. Eccles. lib. 2. cap. 21.* Photius apud *Oecumenium ad Caput 4. Coloss. 6.* Olympiodorus in *Catena ad Caput 6. Jobi.* Theodolphus Episcopus de ordine Baptismi *cap. 5. aliique*, quorum numerus non facile incatur.

Et licet nos in superiori dissertationis parte Cellotium, & Bellottam, aliosque non paucos sequuti locum Augustini de peccator. merit. & remiss. *lib. 2. cap. 26.* de Panis Eulogico Catechumenis distributo explicaverimus; attamen de Sale tantum, *Sacramentum Catechumenorum* nuncupato, in-

intelligi debere contendunt alii. Quibus placet nullas alias Eulogiarum partes præter sal benedictum Catechumenis olim distribui consuevisse. Nam huc referunt Concilii Carthaginensis iv. Can. 3. *Item placuit ut per solemnes Paschales dies, Sacramentum Catechumenis non detur, nisi solum sal: quia si Fideles per illos dies Sacramenta non mutant, neque Catechumenis oportet mutare. Sacramenti voce latius accepta, quod eis esset Eucharistiæ loco, quam Fideles communicarent.*

Postremum, ut eam omnem quam possumus lucem Neritonensis Ritus per nos habeat, morem orandi Græcorum leviter attingemus. *Completo Evangelio, legitur in Ritu, Protopapa non stans sed genuflexus in Narthex ante Crucem prope alveam aquarum, dicit altâ & canorâ voce: Gloria Patri, Gloria Filio, Gloria Spiritui Sancto.*

Græcos autem in Templis erectos semper, & stantes orasse docet Christophorus Angelus de eorum hodierno statu.

Προεὐχόμενος, ὁ Πάππας ἀντὶ τῆς ναοῦ ἐκδοῦς ἱσχυροῦς, ἔχων δὲ

τῶν τοιούτων ἐν τοῖς ναοῖς καὶ τὰ σκεύη χρυσαῖα, καὶ λίθαι
πολλοὶ ἱερῶν ἐν ἐκείναις, καὶ οἱ ἱερῶν, ὅσοι ἐν τοῖς ναοῖς
ἰσχυροὶ. Καθήμεν δὲ ἐν ἐκείναις τοῖς τοιούτοις οἱ λαοὶ ὅταν
ἀκούωσι τοῦ λόγου, ἵστανται δὲ ἐν ἐκείναις ἐν αἰτίαις ὅταν ἀκούωσι.

*Orant Græci in Templis erecti semper &
stantes. Habent verò & falcimenta nonnul-
la in templis, & juxta illa quoque scamna
altiora, & quandoque possunt in illis sede-
re, quandoque stare, sicut in quibusdam
Templis Gymnasiorum videre est. Insident ve-
rò falcibus istis Laici, quando à Sacerdote
docentur; stant vero istis suffulti quando
hymnis deprecantur. Unde loco Eusebii
lib. 4. de vita Constantini lux effulget.
Narratur enim, quod stans erectus sermo-
nibus Episcoporum attenderit Constanti-
nus, & in regali folio, quod paratum ei
fuerat sedere renuit. Tunc scilicet, quan-
do audientibus in Ecclesia sessio permit-
tebatur. Nihilominus, & apud Orienta-
les etiam vetustissimum obtinuisse morem
genua flectendi in oratione patet abundè
ex Sanctorum Patrum libris. Quem mo-
rem Eusebius Cæsariensis Histor. Eccl. lib.
5. cap. 5. Christianorum proprium appel-
lat.*

lat. Scribit enim Milites orasse *pro eis qui in terra usque flectentes secundam consuetudinem Christianis in precando propriam.*

Verum nonnulla apud eos erant tempora, in quibus de genibus, ut ajunt, orare nefas habitum. Hujusmodi erant præcipuè dies Dominici, & qui Pascha & Pentecostem intercedunt: admissumque morem, quem Nicenum Concilium Can. ultimo lege sancivit, ab Apostolis præceptum affirmat Auctor Juris Græco-Romani lib. 3. Græculum vero facti monstravit Muratorius in Notis ad cap. 23. Tertulliani de Oratione Anecd. Latin. Tom. 3. pag. 49. Profectò ut observat Justellus ad Can. 20. Concilii Niceni, nec Paulum Apostolum, neque multos alios religio hæc tetigit. Scimus enim ipsum, ejusque pariter Aſſeclas eo ipso tempore, quod à Paschate ad Pentecostem interlabitur in Tyri litore stans in præpositis genibus adorasse. Præfatum nihilominus morem si non hujusmodi, plurimam sanè antiquitatem redolere testis locuples est

Justinus , seu quisquis est Græcus Auctor
Quæstionum ad Orthodoxos . Ei constan-
ter adhæsere Recentiores Græci , quibus
nunquam non placuit Majorum consuetu-
dines amplecti , quod latè docet Critopa-
lus in Confess. Eccles. Oriental. Cap. 22.
pag. 151. Johannes Monachus in Canona-
rio apud Morinum de Pœnitentia hæc de
eis habet . Ταῖς ταύταις οὐκ ἔστιν ἀποδεχόμενοι , καὶ τοιοῦτοι δόγμα-
ται οὐκ ἐδέξαντο ποτε , οὕτως γὰρ οὐκ εἰσὶν αὐτῷ τῷ Πατρὶ καὶ πατέ-
ρι τῶν ἀδελφῶν οὕτως οὐκ ἐπὶ πνεύματι ἐστὶν αὐτῶν . *Omnis-*
bæ autem Sabatorum Dominicalis, festisque Do-
mini, arque Dodecahedero; similiter & diebus
à Paschate usque ad Festum omnium San-
ctorum, in orationibus genua flectere non licet.

Præscribitur ergo in Ritu Nerikino, ut Protopapa postquam Fontis benedictionem compleverit, Crucem genibus flexis adoret: ne cadente in die Dominico Epiphaniæ solemnitate, consuetam orandi rationem sequutus stans hoc præstitisset. Oportet enim quod expressè adnotetur, quidquid contra generales regulas, receptasque consuetudines nobis agendum est.

Et hæc sunt quæ in eodem Ritu pecu-
lia-

liari animadversione digna existimavi. Hæc autem alere nostram pietatem debent, mentesque & corda excitare, ut communi Matri Ecclesiæ firmitus adhereamus. Quæ ritus tot, tantasque cæremonias sinu complectitur, ut nobis in ærumnosæ vitæ hujus exilio solatio sint; viam facilius sternant, & illius celestis Patriæ recordatione currentes exhilarent, ut animo non despondeamus, sed alacriores facti propositam nobis quietem & Regnum, quod nostri cursus æternum bravium est, adipiscamur.

Finis alterius Partis.

Dis

Sed

Sed ego illud Te
 breviter admonendum puto:
 Traditiones Ecclesiasticas ita observandas,
 Ut à Majoribus traditæ sunt:
 Nec aliorum consuetudinem contrario more
 subverti:
 Unaquæq; Provincia abundet in suo sensu,
 & præcepta Majorum
 Leges Apostolicas
 arbitretur.

Hieronymus epist. 28. ad Lucin.

DIS-

DISSERTATIONIS

*De Neritonensis Ecclesiæ
Ritu*

A D

ANTONIUM
SANFELICIUM

Episcopum Neritæum

PARS TERTIA.



Am ergò vidimus *Præsul Do-*
ctissime cur in Ecclesiæ Neri-
tina ritus excozandæ aquæ
in Sacris Theophaniis obti-
nuit, ac quibusnam modis
& ceremoniis peragi olim
in ea consuevillet. Tuis modò mandatis
obsequi prosequentibus, antequam scriben-
di

di finem imponimus, inspicendum est quibusne suffultus præsidis ad hanc nostram ætatem integer permanserit; non temporum vicissitudinibus immutatus, non frigescente in dies populorum pietate destitutus. Quod dum præstitum ibimus, ac quinam ritus ab Ecclesia Dei sint arcendi, quive retinendi quamvis inter se varij & non omnium Ecclesiarum consensu probati, tertiâ hac postremaque dissertationis parte examinabimus; liceat eodem tempore nostrorum Nervitorum aliorumque Præsulum solertiam in suarum Ecclesiarum ritibus quibusdam conservandis ab Protestantium, quos vocant, injuriis obiter vindicare. Cui enim vetitum dum sua agit hostes aggredi: & quandoquidem præ manibus sunt sacula in eos aggerere, ne inulti appetamur? Hi etenim, ut insitæ cuidam prurigini nostra quaqua versus objurgandi faciant satis, veterem in eorum Castris querelam ad ravim usque recinentes: & centies ab Græcis vetustioribus costam, centiesque ab nobis rejectam trabem reponentes, rituum diversitatem igno-

ignominiosis nominibus traducunt; varietatemque illam, quam in Ecclesiæ decorem cedere dicebat divinus Psalter Ecclesiæ ipsi vitio vertunt. Nec prætereundus est inter eos Johannes Alphonsus Turretinus, qui in Oratione circa varia doctrinæ Fata Genevæ habitâ, & ibidem impressâ, nostros mores in Ecclesiasticis rebus subinde exagitat: ac Episcoporum sollicitudines in ritibus quibusdam eorum Ecclesiis asserendis *rituum* vocat.

Æquius autem cum Nostris agerent, si differentiam illam palmarem animadvertentes, quæ Dogma, ac disciplinam intercedit. At cum eis non satis fortasse perspectum sit, quid unum ab altera latè seernat; nec cognoscere datum est quid mutabile, immutabile quid in Ecclesia Dei habeamus, & quæ Episcoporum, quæ Ecclesiarum jura sint, quibus aliæ ab aliis citrà pæculum dissentiri possint.

II. Dogma enim, à quo quæcumque credenda præscribuntur, nostræ propterea Fidei tutamen & regula, ab ipso Deo processit, & ab omni penitus falsitatis non

Y

di-

dicam labe, sed & suspitione immune
 credentibus propositum. Ab ipso quid-
 quam detrahere, quidquam ipsi addere
 omnino vetitum. Cum enim nihil nobis
 non sit propositum ex eis, quæ ad Fidem
 pertinent; & omnia, quæ nobis sunt pro-
 posita necessario credenda sint; jam patet
 cum neutrum absque Religionis injuria
 præstare possimus. Quapropter non solum
 ab Ecclesia Dei profligatæ fuerunt hæreses
 illæ, quæ veritatem aliquam à dogmate
 evellere conabantur; sed et insuper proscri-
 ptæ sectæ, quæ seu Montani, seu Manetis,
 seu aliorum hujusce fursuris & farinae ho-
 minum fictas, novasque revelationes perfe-
 cto jam, credendoque rerum ordini assue-
 re satagebant. Quin potius ea omnia, quæ
 nobis ibidem ingeruntur humili quodam
 certoque obsequio ita amplectimur; ut ab
 eis nec latum quidem unguem descisca-
 mus: licet naturali ratione aversentur
 quandoque, quandoque ejusdem captum
 prætergrediantur: & contra nos vel Ty-
 rannorum exoneretur rabies, vel vetusta-
 rum turbarum, & persecutionum impe-
 tus

tus acriùs instauretur. Qui contra senserit extra Catholicorum castra sit : donec divino opitulante lumine è tenebris eruatur, & resipiscat. Diris interea devovendus quippe qui Christianæ pacis & unionis indissolubilem, in ea quæ sunt Fidei, nexum excindere tentaverit. Actum nam esset inter nostros de veritate, si quæ una tantum est, unique tantum sententiæ favet ad diversas ad invicem partes transire, & sese repugnantibus ingeniis accommodare inaudito, nec audiendo foedere cogere-
tur.

Unde à primis Ecclesiæ temporibus abundè edocemur in id omnibus nervis semper incubuisse Patres, ut scilicet emergentes in ea opiniones, quæ divino dogmati plus minusve adversabantur acriter oppugnarent, scriptis & verbis proscinderent, ne incautas vulgi mentes aucuparent, sedulo animadverterent : ac demum terram omnem, ex qua gignebantur à divini Agricoltæ vinca abscinderent, ac per immane tractum determinarent. Præterea statutum fuit, ut Episcopi fre-

quenter in unum convenirent, & si quid à Fide absonum, & ab Ecclesiastica traditione alienum, vel diabolicâ fraude, vel Præsulum oscitantia irrepsisset, communi omnium consensu corrigeretur. Synodus Nicena, quam magnam vocant, *Can. 5.* his in anno circa Quadagesimam scilicet, & tempus Adventus, hos Episcoporum conventus sancivit. Quæ postmodum sanctio innovata fuit in Concilio Antiochena sub Julio I. *Can. 20.* & in Regensi sub Sixto III, *Can. 7.* Et huc spectant Hilarii Papæ *Epist. 8.* ad Galliæ Metropolitanos: Nicolai I. *Epist. 27.* Ludovico, & Carolo Regibus: & aliorum Summerum Pontificum decreta, quæ, passim occurrunt.

Disciplina verò, dummodo nulla ei cum dogmate intercedat conjunctio & relatio, latioribus finibus patet: Populis, temporibus, aliisque circumstantiis non licitè tantùm, sed quandoque latidabiliter accommodanda. Eiusdem legibus, ad pietatem, & perfectioris vite statum excitamur: unde non ex præcepto, sed ex consilio Majorum, vel omnibus vel singulis tantùm

Ec-

Ecclesiis commendantur. Et licet nonnullæ earum sint, quæ aliquando admittæ constantè sunt retinendæ; attamen aliæ plurimæ ab Episcopis sicuti & sanari ita & tolli possunt, & è loco dimoveri juxta quarumcunque naturam & ordinem, temporumque indigentiam.

Varietas ergo rituum, qui disciplinæ partem constituent, in sacròsanctis Mysteriis celebrandis pro more Ecclesiarum, & Provinciæ diversæ, dummodo nec Fidem, nec sanctitatem lædat, & non temerè & inconsultè, nec privatâ Hominis auctoritate, sed justis accedentibus causis, & communi Piorum concursu receptâ nû Religioni, nî credendorum uniformitati officit. Et cò tantùm abest, ut dissimilitatem in Ecclesia pariat, quin potius ejus pulchritudinem spectabiliorem efficit. Neque diversis modis se coli à gente sua indignatur Deus, quando internâ charitas ardens, & pura Fides, & dogmatum concordia externi cultus honestati respondeat: atque is cultus Revelationi, ac Traditioni minime repugnet, ut verbis utar. Cl. Mur-

rato-

ratorij , qui in libro de Ingeniorum Moderatione *cap. 15.* quæstionem hæc ita doctè , & eruditè est prosequutus , ut ei succedentibus secundæ tantum sedes supersint . Licet Homo moderationem , quam aliis docebat , strictius secum exercens alieno nomine personatus prodierit . Videndi etiam Augustinus *Epistol. 86. num. 36.* contra Urbicum male ferentem , quod jejunium Sabbati Romæ observatum , cæteræ Ecclesiæ non amplecterentur : Leo IX. Romanus Pontifex in *Epistol. prima* : Ratramnus Monachus Corbejenfis *Lib. 4.* contra Græcorum opposita : Divus Bernardus *Epist. 77.* ad Hugonem Victorinum . Et antiquiores , si placent , Irenæus *Epist. ad Victorem* apud Eusebium *Histor. Ecclesiast. lib. 5. cap. 24.* Ibidem doctissimus Scriptor de Quadragesimali jejunio differens rituum diversitatem Fidei concordiam non lædere abundè docet . Nec vidisse pigebit Orationem Gregorii Protosyncelli de Concilio Florentino contra Matæum Ephesium apud Allatium de Synodo Photiana *pag. 531.* Cum enim Græcorum , & Latino-
rum

rum unionem in eodem Concilio initam, causatus rituum diversitatem infringere conaretur Marcus, multa contra eum, quæ Lectorum oculos mererentur, reposuit Gregorius. Concluditque denuum: *Nec tamen qui illis fuere temporibus crimini hoc dederant: quòd scirent varios jejuniorum, & rituum mores non inferre differentiam Fidei.*

Et sanè cum in laudato Concilio Florentino Græci recentiores Latinorum in Fidei dogmatis sententiæ adhæsisent, nil obfuit varietas rituum, quin pristina Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ unio redintegraretur. Una Fides fuit utriusque Gentis, mens una, caput unum in terris Pontifex: licet Græci in fermentatis, in azymis Latini Sacerdotes consecrarent: jejunia statis quibusdam diebus illi observarent, cum his nullum erat piaculum carnibus vesci; & è converso: sub utraque specie illorum Populi, horum sub una tantum communicarent, ac per plura Græcis permitterentur, quæ Latinis prohibebantur. Neque enim aliud sentire in ritibus

Ec-

Ecclesiam scindit, sed diversa dogmata ea sunt, ut ~~mor~~ diximus, quae Ecclesiam separant, & commune Ecclesiasticae societatis vinculum, concordisque Fidelium animos dividunt. *Multa*, aiebat Firmilianus ad Cyprianum, *pro locorum, & nominum diversitate variantur, nec tamen propter hoc ab Ecclesiae Catholicae pace, & unitate discessum est.* Nec unitas, & pax ipsa servaretur Ecclesiae, nisi per Fidei vinculum corda hominum nocerentur. *Quae cum ita sint, jam mirari desinamus oportet, cur Graecorum ritus nonnulli, & Cæremoniae in Occidentalibus quibusdam Ecclesiis servantur, licet easdem omnes alias vel nunquam admiserint, vel admissas quandoque respuerint.* Plures habet Patriarchalis Ecclesia Venetiarum, Regiensis item, & Sipontina, & Mediolanensis: Ordo Patrum Praedicatorum, & Cisterciensium, qui vini, & panis praeparationem antequam incipitur Missa imitantur. Carthusiani more Graecorum magno & quadrato velo utuntur, quo Calicem consecrati sanguinis cooperiunt. Nonnullae Gal-

Gallicanæ Ecclesiæ tempore Quadragesimæ velum ad Altare expandunt Graecas sequutæ, quæ hoc eodem tempore velum ad Sanctuarii fores appendunt. Insignis Collegiata Copertimensium Neritinæ Diocesis in quinta magna feria annuam Altaris majoris ablutionem vino, & hyssopo peragit, quod à Graecis item Lateranensis Ecclesia est mutuata. Nonnullæ Genuensium Parœciæ, ut à viris fide dignis accipi, vini & panis oblationem in matrimonii Sacramento admittunt: & aliud alias præstant, quod longum esset hic recensere. Attamen harum nullas à veritate descivisse dicimus, quin potius in præstantioris decoris censum ipsa cedit concinna varietas. *Nec enim nos offendit observantiæ diversitas*, inquit Fulbertus Carnotensis in *Epistol. 2. ad Finardum, ubi Fidei non scinditur unitas*.

III. Cum autem ea sint Hominum ingenia, ut quæ à Majoribus imbibebant constantissime retineant, moresque illi, quos veteres adprobarunt, ægrè à Nepotibus exuantur; inde est quod cautè admo-

Z

dum

dum fibimetipsis consulere debent Episcopi, antequam susceptos ritus vel publice improbent, vel per eam, qua pollent, auctoritatem eliminent. Et utinam paucorum non satis ad prudentiæ amussim exactus zelus, & non secundum scientiam, ut ait Apostolus, Catholicæ veritati vulnera non inflixisset, quibus aut fera nimis, aut nulla hucusque inducta cicatrix. Consultius fortasse egissent, quandoquidem nullum Fidei damnum verebatur, si ea tulissent, quorum obliteratio, & animorum dissensiones turbasque excitavit. Ea sanè fuit veteris Ecclesiæ disciplina: quæ Provincias quasdam in proprio earum sensu abundare perpessa est; ne dum unitatem necessariam extorqueret unitas illa, quæ rerum omnium summa est, pessum daretur: & ne dum indebita posceret, quæ certa, & debita sunt in periculum adducerentur. Agedum iterum ac tertio rem exemplis comprobemus.

Fluctuabat animo Monica Augustini Mater, an scilicet juxta morem Tagastensis Ecclesiæ, in qua & orta, & educta fuerat,

rat, jejunandum Sabbato sibi esset; seu
 prandendum potius juxta consuetudinem
 Mediolanensis, ubi per eos dies degebat.
 Genitricis sollicitudinem commiseratus
 Augustinus, qui jam inter Catechumenos
 nomen dederat, Ambrosium Urbis Episco-
 pum consuluit; ut tanti Viri sententiæ
 materni animi motus tutius acquiescerent.
 En quid reposuit Ambrosius, eodem teste
 Augustino ad Casulanum. *Quid possum
 hic docere amplius; quam ipse facio. Quan-
 do hic sum, non jejunio Sabbato: quando
 Romæ sum, jejunio Sabbato. Et ad quam-
 cumque Ecclesiam veneritis, ejus morem ser-
 vate: si pati scandalum non vultis, aut fa-
 cere. Nec Romæ Mediolanensem ritum,
 nec Mediolani Romanum improbabat Am-
 brosius: sed receptam utriusque Ecclesiæ
 disciplinam æquanimiter sequebatur. In
 eadem, qua Monica fluctuatione, licet al-
 terius consuetudinis causâ, versabatur Lu-
 cinius, cui Hieronymus Epistol. 28. ita scri-
 psit. Sed ego illud te breviter admonendum
 puto traditiones Ecclesiasticas præsertim quæ
 Fidei non officiant ita observandas, ut à*

Z 2

Ma-

Majoribus traditæ sunt: nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subverti. Unaquæque Provincia abundet in suo sensu, & præcepta Majorum leges Apostolicas arbitretur. Hujusmodi conservandæ pacis accomodatissimæ regulæ è mente Photii impii Patriarchæ neutiquam fuisse videntur: qui Nicolao Primo Pontifici rituum & consuetudinum varietatem obijciens, quæ in Ecclesiis Romanæ Sedi subjectis invaluerant, earum fidem & unitatem criminabatur; suamque electionem non ad præscriptam formam habitam subsidiariis his adminiculis firmare satagebat. Futile viri argumentum elusit Pontifex, pronunciavitque haud resistendum esse consuetudinibus diversis, dummodo contra Canonum auctoritatem non insurgerent. De consuetudinibus, ejusdem verba sunt in Epistol. 2. ad Photium pag. 22. edition. Roman. an. 1542. quas nobis opponere visi estis, scribentes per diversas Ecclesias, diversas esse consuetudines, si illis Canonicam non obstitit auctoritas, pro qua obviare debemus nihil judicamus, vel eis resistimus. Nec amplà

pla Patribus defuit ratio.

Cum enim ea , quæ sub sensu cadunt mentem , animumque nostrum facilius fistant , ultro divinarum , & supernaturalium rerum ideam , quam vocant , eisdem rebus affingimus quæ videmus contrectamusve . Hæ quamvis nulla penitus ratione ad invicem comparari possint ; & quæ videmus , & credimus sublimiora utique , & augustiora sint iis omnibus nobis viatoribus in ritibus , & cæremoniis propositis ; attamen cum sint illarum quædam veluti imagines , quarum subsidio mens nostra ad altiora illa erigitur , & inflammatur ; inde est quodd hæ quoque & amantur à nobis , & religiôsè pièque amplectuntur . Strenuè pro ipsis quoque pugnaturi , si non satis perspectis validisque causis ab eis recedere conaremur . Nil quippe est , quod hominum ingenia conturbet acrius , quam vel everfio , vel obliteratio eorum , quæ vel Religionis sunt , vel nobis ad Religionem quodammodo spectare videntur . Fecerunt id quidem posteriorum temporum Novatores : & spectabilio-

res

res quasdam disciplinæ leges, & Sacramentorum ritus impio ausu funditus exterminarunt. At quando nam eis impunè licuit? Non Fidelium, non Ecclesiasticorum nisu, zeloque impeditis? Tunc profectò, quando post conculcata dogmata, rejectas traditiones, Patrum scita foedata, veræ Ecclesiæ facies, & Evangelicæ doctrinæ lumen apud eos lacrymabiliter desit. In iis nempe infelicissimis temporum momentis cum à Catholica Religione Populi descivissent, in proclive fuit ritus & cæremonias apud eos prosterni, quæ ejusdem veluti quaedam erant adminicula. Caeterùm dum Fidelibus sanum erit dogma, & integra Fides, arduum quoque erit eas rituum observationes deferere, quas longa ætas, & probata Majorum pietas commendavit.

Verùm si disciplinæ leges incautiùs receptæ dogmati quomodolibet adversentur contra eas strenuè insurgat, oportet Episcopus: ne earum virus in apertam talem erumpat. Nec egrè quantumvis validas conficiet. Statim ac enim cognoscent

Fi-

Fideles eas adversus Religionem ire, ne-
 xumque illum dissolutum esse, quo eas ad
 invicem uniri credebant; tantum aberit,
 ut pro eis pugnent, quin potius & ipsæ
 admovebunt utramque manum, ut vali-
 dius ejiciantur. Par quippe ratio postulat,
 & eas veneratione, ac amore prosequi,
 quibus religio, & pietas alitur; & eas ex-
 pelli quæ utramque possunt inficere. Mi-
 noris Asiae Episcoporum disciplinam de
 tempore celebrandi Paschatis, licet cæteris
 Episcopis, & Romano præsertim Pontifici
 non probatam, imo eorum sententiæ ad-
 versam, ferendam putavit Iulianus: per-
 missumque olim Asianis, ut eam veluti
 à Johanne Apostolo emanatam, obfirmatis
 animis propugnarent. Nulla etenim hic
 retinendorum dogmatum connexio. At
 tertio Ecclesiae sæculo alteram de Hære-
 ticorum baptismo exortam controversiam
 firmissimo pectore rejecit Stephanus Papa:
 & post ipsum Nicenum Concilium pri-
 mum reprobavit. Nefas enim fuisset eam
 in Ecclesia Dei pati disciplinam, quæ
 dogmatum unitati adversabatur: quorum
 uni

uni renunciaſſe, totam Fidem prodidiſſe eſt. Quo tam immani piaculo ne ſe ſœdarent Catholici ad ſanguinis uſque, & animae effuſionem Iconoclaſticam latè vagantem rabiem fregere. Licitum enim eſſe, ſacras imagines venerari, earumque cultum nullâ penitùs ratione, cum Idolorum cultu conferendum, inter dogmata à Catholicis adnumeratur, quorum manutentionem inconcuſſa Traditionis regula mandat. Charitatis tunc, & concordiae jura coërcenda. Adhibendum vulneri cauſticum: vulnus ipſum recrudeſcat licet, & extrema minetur: Nec hominum voluntati id dandum, quod in Fidei injuriam eedit. Iraſcantur, ſi velint, & noſtra deſerant: *non poſſunt*, inquit Ambroſius, *inter eos eſſe jura pacis, inter quos eſt bellum Fidei.*

IV. Praeter haec rituum abolitionem commendare Praeſulibus poteſt minus aptae origo. Cum enim in hac re nil ſtatuſſent Apoſtoli, nil nobis Traditiones demandarint exorta inde licentia, ut etiam minorum Gentium Epifcopi, Monachorum

rum Præfecti, singularum Ecclesiarum Rectores, alique ejusdem cominatis Homines quædam in Ecclesiam invexerint, quæ non satis ejusdem decorem & sanctitatem redolent. Horum si fontes tetigeris vel à Gentilium, vel ab aliquo alio prophano ritu, vel ex errore populorum emanasse perquam facile cognosces.

Nonnulla enim Gentilium erant, quæ tacitè & per latus in Ecclesias ingressa fibimet inter sacra mysteria locum compararunt. Vel quia satis videbatur, si ab ejusmodi consuetudinibus fides non macularetur, vel quia sequiorum ætatum Antistites id præstare neglexerunt, firmâ jam Fide, & Evangelii lumine satis effuso, quod sub ejusdem initium à Neophytis exigere periculosum admodum Majoribus visum fuerat. In hujusmodi censum venire possunt ritus illi, quibus Januarii mensis Kalendæ venerabantur, & quos ab Ecclesia Mediolanensi ejecit Ambrosius; strenarum usus, contra quem plurimæ sunt Patrum auctoritates, & Conciliorum decreta; carmina, joci, & saltationes in Excu-

A a

biis

hiis funebribus permiffæ olim, poſtea à Concilio Arelatenſi III. Provinciali anno Domini 524. omnino vetitæ; conſultationes Evangeliorum, quas *Sortes Sanctorum* nuncupabant, de quibus Auguſtinus *Epistol.* 109. ad Januarium *cap.* 20. & *lib.* 4. *Confess.* *cap.* 3. ludus ille Nolanæ, & Neapolitanæ Eccleſiæ, quem alibi recenſuimus, & à Gentilium luſtrationibus derivaffe putamus; & alia id genus non pauca. Quæ omnia ab Eccleſiarum ritibus jure merito ejecta fuere, ne eorum ſanctitatem prophanis ſuperſtitionibus deturparent. Et his ergo accenſenda ſunt cætera quæque ſimilia, quorum uſus duraret adhuc: & illi cenſuræ ſubjicienda, quam ex rationabilibus quandoque cauſis, quandoque ex Eccleſiaſticorum incuria ad hanc uſque diem declinarunt.

In celebri quodam Pago Lucenſis agri, dum in ſanctarum Rogationum ſupplicationibus habendis, quas longiori extra muros tractu produci Majoribus placuit, in collis clivum aſcendit populus, ſtatim effunditur: puerique, puellæque, nec non & grandes

des natu passim cursitantes conquifita per verticem faxa in acervum lapidum cumulant: tantâ religione, ut ejusdem violatæ reus quandoque audirer ego, cui nec minimi quidem lapidis jactu hujusmodi mori litare placuit. Cui autem non patet ab illo more Gentilium, quo in terminales lapides aliorum lapidum cumulos aggerabant, hunc effluxisse? Et cui nam superstitio hæc non videbitur improbanda? Profectò in Sanctorum Martyrum solemnitatibus adornandi convivia longævus usus Ambrosiæ zelum non effugit: quo minus ad eundem ejurandum Populi per Sanctum Præsulem adigerentur: *quia*, inquit Augustinus *lib. 6. cap. 2. Confess. illa quasi Parentalia superstitioni Gentilium essent similima.*

Secus verò dicendum est, si ritus quanquam à Gentilium sacris profectus, attamen unanimi Ecclesiarum, seu Populorum consensu antiquitus inter nostros admissus & habitus, nil priscæ originis redolet: quemadmodum plura sunt in sacris cæremoniis, quæ olim ab Ethnicis inven-

ta diuturno nos usu sacravimus . Tali enim ratione superstitionis labem exuerunt omnem , aptèque nostris mysteriis inserviunt ; ita ut ad petram , ex qua excisa sunt , non sit opus respicere .

Nec mitiùs agendum cum nonnullis aliis , quibus si non Gentilitas , saltem aliquis alter prophanus ritus , seu minus prudens pietatis amor viam in Ecclesiam stravit . Indignum profectò est aliquid futile , vel indecorum inter venerabiles , sacrasque nostrae Religionis caeremonias immisceri . Omnia ibidem sancta esse debent , omnia ejusdem dignitati convenire . An verò hujusmodi sint saltationes , & choreae coram Deiparae imaginem in publicis supplicationibus circumlatam ; ex caveis immissae aviculae , dum populis sacrosancti Domini corporis benedictio impertitur : & alia nonnulla , quae silentio involvi consultiùs est , ii quærant quibus suarum Ecclesiarum onus incumbit . Scimus enim à Concilio Bracarensi II. in Canone item secundo sancitum quondam fuisse : *Ut Episcopi per Diœceses ambulantes discant qualiter quæ-*
cum-

cumque officia in Ecclesia peraguntur . Et si rectè quidem convenerint Deo gratias agant; sin autem minus docere debent ignaros . Et, quod perquam acriter dolet, scimus ulterius Ecclesiæ mysteriis interesse non semel eos, quibus nil unquam gratius accidere potest, quàm occasionem nancisci nostra objurgandi: & cum superatis Italiæ jugis ad suos redierint inter aniles fabulas, si quid leve à nobis peccatum est, enarrandi . Utinam iniquè semper, & ingratiis .

Postremum evenire, nec raro, solet ex mero errore vulgi aliquem irrepisse in Ecclesiis ritum; qui postea ed invaluit, ut ægrè admodum ejici queat. Cujus ignorantie lepidum habemus exemplum apud Augustinum in *serm. 8. de verbis Domini* . Adverterant Africani sui tundi à Sacerdotibus pectus cum ad divina ingressuri consuetam confessionem humiliter recitabant. Quod & ipsi imitabantur quando in Evangelio audiebant: *Confiteor Pater, quia abscondisti hæc, &c.* Ita quasi tunsio pectorum vocem nudam, non verò nostrorum peccatorum manifestationem respi-

respiceret. Redarguit hos Augustinus, nec passus est, rudes scilicet, vilisque popelli viros hoc ignorare, quod agebant. Sancti Præfules in suis edocendis zelum, diligentiamque æmulari deberent nostrorum temporum Antistites, in quorum Ecclesiis crassior quandoque oscitantia serpit, at redarguentium sollicitudo desideratur adhuc. Licet enim internæ pietatis rationem scrutetur Deus, attamen Doctores in Ecclesia constituit, quorum munus sit populos edocere, ut quæ intus sentiunt, exteriori cultui accomodent, & quæ foris agunt, mentis intelligentiâ prosequantur.

At in originibus tantum perscrutandis hæere non debet rituum censura. Quandoquidem quæ ex illimi, puroque fonte defluerunt in lutum, coenumque desinant: & ab eis in Ecclesiis religio, & pietas interdum pessumdetur, quæ ilico recepta fuere, ut utramque tuerentur. Satis superque experientiâ magistrâ edoremur, eo processisse malitiam hominum; ut in scelerum pallium, & criminum opportunitatem ipsa quoque Ecclesiæ mysteria ver-
tant:

tant : & his interesse non raro apud eos peccasse sit. Quapropter si ritus quosdam hujusmodi labe inficiari advertat Episcopus, contra eos stet oportet ; arceatque ab Ecclesia, ne sacrarum consuetudinum occasione impiorum capitum scandala obtegantur. A Christo, qui antequam Judæis & morti traderetur postremam coenam instituit, vel ipsi Apostoli exemplar sumpserunt convivium & epulas ante Eucharistiam adornandi. Quibus quasi in mutuae dilectionis signum Fideles in unum conveniebant, reficiebanturque : non tam corporum, quam animorum propinquitate conjuncti. Sed eheu quam citò in hanc piam convivendi consuetudinem, partim ambitione divitum, partim etiam vulgi copiam irrepsit abusus ? Luxus, atque intemperantia, proxima virtutibus vitia, illic sensim obtinuerunt locum. Non amplius Christianæ vicissitudinis amor, sed voluptas mensas instruebat, eisque pro charitate jam præsidebat temulentia, & rixatio. At intrusa vitia quousque nam ignorata ? Illi equidem Apostoli, qui convivium com-

men-

mendarunt, in eadem surrexerunt. Quorum vestigia alterius ætatis Patres terentes eò tandem deventum est, ut publicâ Ecclesiæ lege hujusmodi commensationes prohiberentur. At Apostolos habuerunt Authores? Agedum ulterius habuerunt etiam accusatores, cum vivendi licentia tam pium sanctumque ritum foedavit. Non ergo ritibus Ecclesiasticis, quando ex eis intolerabiles abusus emerferint, suffragari debet ampla & laudabilis institutio, quominus ad eos ejurandos cogantur Fideles. Finis institutionis inspiciendus, qui cum jam defierit, & ipsi quoque definant oportet. Potissimum cum tantum abest, ut propositum sibi finem consequantur, quin potius aliquod ei oppositum malum enutrient.

Ex his modò quæ recensuimus jam dilucidè admodum patet, cur Græcus Nertonensis ritus benedicendi aquam in Epiphania, unà cum aliis longiùs conservandus erat. Licet non ubique receptus, nulla tamen Fidei læsio. Nil per eum contra dogma statuitur. Origo ei sancta, Usus
huc-

hucusque probus & pius. Quapropter laudes, easque prolixas Neritonorum Præsulū meretur sollicitudo, qui tot nōminibus commendandum ritum à Majoribus receptum constanter retinere. Hoc piæ consuetudinis sanctitas, hoc populorum Neritonensium merebatur religio; qui à Parentibus erga exorcizatas aquas haustam pietatem prolixè semper sunt prosequuti. Inconsultè profectò egisset quisquis hujusmodi ritus desuetudinem, nullis intercedentibus causis procurasset: nec viri sententia probata fuisset sapientioribus, qui Majorum statuta convellere nunquam non religionem ducunt. *Absit à me*, ajebat Gregorius Magnus *lib. 2. Epist. 37. ut statuta Majorum consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam: quia mihi injuriam facio, si fratrum meorum jura perturbo*. Si quæ nos non sequimur in alios improbamus, nec contentionum nec turbarum finis. Sua unaquæque gens diligit: suis quisque institutionibus firmiùs, adhæret: nec quos nos rejicimus mores, facilè obtinebimus, ut ab omnibus ejurentur. Pro-

Bb

pterea

pterea Augustinus audiendus in *Epistol.* olim 88. cui placuit, *quod in his rebus, de quibus nil certi statuit Scriptura Divina, mos populi Dei, & instituta Majorum pro lege tenenda sint: de quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare orietur interminata luctatio.*

V. Jam verò à Nobis exigendum videtur, ut ea proferantur documenta, quibus exorcizandæ aquæ ritum Neritinæ Ecclesiæ assertum scimus; ut re ipsâ pateât, quàm semper Ecclesiæ Romanæ cordi fuerit, ut sacrorum mysteriorum veteres cæremoniæ serventur: si quæ sunt, à quibus populorum pietas magis inflammetur.

Et primùm Rodolphus de Cheurieres Clementis Septimi Pontificis Apostolicus Visitator Neritinam Ecclesiam invisens in anno MCCLXII. græcosque ibidem ritus advertens, tantâ se hilaritate perfunctum dixit, ut in Græciam transfretasse sibi met videretur. Latinum propterea ritum ab Ecclesia Neritina servatum laudavit ex una parte, statuitque ex alia, *ut Græcarum Ecclesiarum consuetudines in suo robore sem-*

*Semper manerent ; ita quippe fit , ut Deus
majori populorum concursu , & veneratione
colatur , nec alicui liceat quovis prætextu
eas abigere , aut temerario ausu damnare.*

In anno postmodum MCDI^{II} cum
Neapolitanum Regnum impio Clementis
Octavi schismate abdicato, se summo vero-
que Pontifici Bonifacio Nono addidisset ;
optimum duxit idem Pontifex Apostoli-
cum Visitatorem deligere , qui præfati Re-
gni Ecclesias inviseret , ibique si quæ Ec-
clesiasticæ disciplinæ collāpsa erant resti-
tueret : perditosque nonnullos homines pal-
lio religionis privatam ambitionis labem
obtegentes ad meliorem frugem revocaret,
reluctantesque Ecclesiasticis nunquam non
verendis pœnis adigeret . Visus tanto one-
ri par Philippus Archiepiscopus Hydrun-
tinus . Hic ergo dum Neritinam Ecclesiam
suum obeundo munus visiteret , græcos in
ea ritus malè ferens , de his penitus elimi-
nandis consilium iniit . Resque ei fortassis
pro voto cecidisset , nisi Antonius , cui De-
siderius successit , eo tunc temporis Abbas,
ac unà secum Capitulares omnes admissa-

rum consuetudinum studiosissimi ad Pontificem detulissent, eique pro Græcorum rituum conservatione supplices non dedissent libellos.

Nic autem obiter observasse è re nostra erit in última editione Ughelliana legi ex relatione Johannis de Epiphaniis *una cum D. Abbate*: quam initialem literam non de *Desiderio*, sed de *Domna Antonia* intelligendam esse, series eorundem Abbatum à Viro eruditissimo Petro Spolidoro enucleata apertissimè monstrat.

Annuit ergo postulatis Pontifex, suisque literis Archiepiscopo Visitatori mandavit, ut Græcis Neritinis ritibus non ampliùs infestus eosdem sartostectos haberet. Johannes Epiphanius, qui Desiderio immediatè successit in sua ad Pontificem Johannem XXII. relatione ea sic narrat, quæ recensuimus. *Eodem anno millesimo quadringentesimo secundo pro Reformatione Ecclesiarum totius Hydruntinæ Provinciæ, quæ schisma supradictum Clementis sequuta fuerant, constitutus fuit ab eodem Summo Pontifice Bonifacio Apostolicus Visitator Generalis*
Dom-

Domnus Archiepiscopus Hydruntinus . Et quia idem Archiepiscopus corrigi volebat sacros ritus , qui à Græcis Presbyteris fiunt in Epiphaniarum die , & inter Missarum sollemnia Abbatis dictæ Ecclesiæ , eadem Ecclesia una cum D. Abbate , qui statim post expulsum Presbyterum Matthæum fuit noviter creatus , nec non Monachi , & Canonici collegialiter reclamavit ad eundem Sanctissimum Dominum . Qui statim jussit prædicto Archiepiscopo , ne amplius Neritoni Ecclesiam super his molestaret : ut haberetur in suis originalibus literis datis Romæ Kalendis Novembris sui Pontificatus duodeccimo , quæ conservantur in prædicto Archivo in fasciculo notato litera R. Quare prædictarum Apostolicarum literarum vigore adhuc illi sacri ritus Græcorum in hac nostra Neritoni Ecclesia conservantur , & perseverant . Hæc Johannes prædicto Philippo Apostolico Visitatori cœvus , qui Visitationi adfuit , eo nam temporis Cathedralis Neritina Cantoratus dignitate potiebatur .

Inde mirari subit , cur eruditissimus Vir editis in Batonii Martyrologio doctis-

mis

mis Dissertationibus Orbi literario jam notus in suo Opusculo de *Memorabilibus Ecclesiae Hydruntinae*, hæc scripserit: Erat enim *Neritonensis Ecclesia* olim *Abbatialis*, & intra limites *Archidiecepsis Hydruntinae*: prout testantur tempore Bonifacii Noni *litteræ Apostolicæ* sub datum *Romæ Kalendis Novembris* apud *Sanctum Petrum* Pontificatus ejus anno duodecimo, directæ *Philippo Archiepiscopo Hydruntino*: qui cum *Neritonensem Ecclesiam* visitasset *sui Prædecessoris Jacobi Constantinopolitani Patriarchæ*, & *Archiepiscopatus Hydruntini Administratoris* vestigiis inherendo, quosdam *Græcos ritus*, quibus *Abbatia prædicta Monachi* utebantur in *Missæ celebratione* fieri prohibebatur; advocans ad se Pontifex causam præcepit *Archiepiscopo Philippo*, ut ab iis in posterum molestandis se abstineat, illosque sinat in suis ritibus permanere. *Ecclesiam* verò *Neritonensem* sub *Hydruntinae Archidiecepsis* potestate fuisse nunquam compertum habemus; nec delegatæ *Philippi Archiepiscopi* auctoritas cum ordinaria confundi debet. Unde à *Viro doctissimo* exigendum vide-

videtur; ut hoc idem quod asserit aliis firmet monumentorum tabulis. Sicuti ab eo didicisse juvaret, quandonam Jacobus ille Philippi Præcessor Ecclesiam Neritinam visitaverit, eique pro Græcis ritibus molestiam fecerit. Quæ ab eo enucleanda expectamus, cum aliunde nobis non innotescant. Nec probrum sanxerit tanto sub Magistro aliquid profecisse. Scimus tantum Jacobum Ecclesiæ Hydruntinæ Administratorem schismaticum fuisse: & cum aliis ejusdem commatis, ac farinæ hominibus vinculis in Neapolitano Regno datum, ac suis commentitiis honoribus, ipsaque Cardinalatus dignitate, quæ à Clemente Antipapa donatus fuerat, meritò exutum, memorabili tandem poenæ subjecisse: teste Ciacconio in tertio Tomo vitarum Pontificum, Bartholomæo Chioccarello de Archiepiscopis Neapolitanis fol. 244. & aliis, quorum nominibus chartas emittere, si nunquam aliàs supervacaneum.

Anno deinde MDLXVIII. Thomas Orfinius Strongylitanæ, deinde Fulginatensis Ecclesiæ Præsul, à Pio Quinto Pontifi-

tifice Optimo Maximo Neapolitani Regni Ecclesiis visitandis praeficitur. Cujus ei demandatae curae testes habemus, ut alios missos faciamus, Johannem Gabutium de vita, & rebus gestis Pii Quinti *lib. 3.* & equitem Paulum Alexandrum Massæjum in opere, quod de gestis ejusdem Sancti Pontificis Italicè scripsit. Hic ergo Hydruntinae Provinciae Ecclesias perlustrans Neritonensi Graecum ritum suo speciali decreto indulgit, ac Episcopo mandavit, ut Graecorum studiorum ratio inter Clericos haberetur.

Tandem anno MDLXXX. cum in Civitate Neritina Graecus populus penitus defecisset, & reliquus ille, qui alias incolebat Terras intra ejusdem Dioecesis fines brevè ad latinum ritum transire posse videretur; Fabius Fornarius tunc Episcopus mentis anceps Sacrae Cardinalium Congregationi de Graecorum Reformatione supplicem libellum exposuit, ac dubia quaedam super hujusmodi Graecorum ritus exorta, ut ab ea enuclearentur, aperuit. Cujus Congregationis nomine Cardinalis San-

Sanctorius de Sancta Severina nuncupatus ad Fornarium super præfata dubia, literas responsivas dedit, quæ originaliter in Registro ejusdem Episcopi fol. 299. reperiuntur. Sunt autem hujusmodi.

Admodum Reverende Domine uti Frater. = Quam præteritis hisce diebus in Illustriſſimorum, ac Reverendiſſimorum Episcoporum, Prælatorumque negotiis Præſectorum Congregatione eſſem, Epistolam Amplitudinis tuæ de rebus Græcis tuæ Diœceſis tertio Nonas Martii proximè præteriti ad Dominum Cardinalem Alexandrinum miſſa, lecta fuit, & recitata. Quoniam verò negotium hoc ad aliam Dominorum Cardinalium Congregationem Græcorum reformationi præpoſitam ſpectat, nec non præcipuam iſtius curam ego gero, ad me ipſam tranſmiſſa eſt: quam proinde cum legiſſem, & perpendiſſem tibi juxta conſultationes, atque decreta aliàs in eadem Congregatione, quæ Græcorum præſentibus, reſpondere volui.

Quod primam igitur petitionem reſpicit: an nimirum in Oppidis, in quibus Fideiſſimæ cœtus meri latini ſunt, uti Galatene,

Cc

Alit-

Alitri, & Noviani, quæ semper antiquitus habuere, & habent Græcos Presbyteros tolerari deinceps possint, uti hætenus factum est Sacerdotes Græci ritus, illique potissimum qui uxores habent & Respondeamus. Quoniam Euthym. Populus non alia de causa Græci ritus indiget, quàm quia illum Græci Presbyteri sequuntur; tanto magis, quia populus eorum linguam minimè callat: quinimodo Sacerdotes ipsi, quam rudes sint, nequidni ipsi fortassis quod legunt intelligunt; decretum esse: ut ubicumque Græcos populus non reperitur, Græcus ritus deleatur, serueturque Latine. Quam autem res secundati plena sit in Occidentali Ecclesia Latinos viros uxoribus sanctos iuxta Græcum ritum ordinari Presbyteros, ferri deinceps minimè debet, ut ex his alii ordinentur. Aliter tamen agendum est, si uerè illi Græci sint: qui quidem sacris ordinibus erant insigniendi secundum Græcum ritum, & in Græcis Ecclesiis.

Ille verò mos, quo Græci Galatæi in Cathedrali Templo sacro Epiphaniæ: die aquam benedictionibus expiare? Episcopo dñe Assum-

Assumptionis in Coelum Beatissimae semper Virginis Mariae assistere; nec non Evangelium, & Epistolam graecè inter missarum solennia recitare consueverunt. Galateis Presbyteris, ac Clericis, dum illic idonei fuerint retineri poterit, si ritus & Graeca lingua apud eos non obsoleverint. His autem deficientibus idipsam Latinis Sacerdotibus, & Clericis ejusdem Oppidi Graecae linguae peritis fieri poterit, ne antiquo jure priventur at quo tempore tales viri ibidem defuerint eadem consuetudo Presbyteris, ac Clericis iidem Latinis Graecam linguam callentibus, qui ex altero Neritinae Diocesis loco sunt, vel etiam Presbyteris, & Clericis more Graecis, ritusque Graeco pro Graecis Ecclesiis, ac Populo aliorum Oppidorum ejusdem Diocesis ad sacros evectis exerceantur. Verùm profectò est memoratam aquarum benedictionem sacro Epiphaniae die peractam in aliquibus etiam Latinorum Ecclesiis fieri solere, ut in Patriarchali Venetiarum Templo eo modo, qui in libro, cui ritualis est Sacerdotale praescribitur.

In Oppidis praeterea, in quibus Popu-

li Graeci sunt, nec non Graecus ritus cum Graeca lingua servatur; sicuti in Oppido Aradei: quemadmodum in secunda positione proponitur, comprobari, ac tolerari debent Graeci ritus, Graecorumque Sacerdotum juxta eorum consuetudinem. Ordinatio: dummodo hi verè Graeci ritus fuerint, & non Latini: quamvis unicam tantum uxorem habuerint, vel habeant virginem, aut demum celibes sint, quod sanè longius melius esset.

Quod tertiam quæstionem spectat eodem modo, quo primae, & secundae responsum est, satisfieri potest, facileque erit huic malo per te mederi, si prudentiae tuae pietatem, & charitatem conjungas, quibus certè speratur, rem totam te esse gesturum.

Ubiunque postea Graeci Sacerdotes idonei non reperiantur, suppleri poterit Latinis Presbyteris saltem ad tempus, quousque magis opportunè hujusmodi indigentibus Oppidis prospicias: dummodo Graecus Populus eos recipiat, eisque contentus sit. Quod si idem & Graecus Populus ad Latinum ritum transferre vellet, non nisi bonum esset. Cumque
haec

haec Epistola alia de causa scripta non sit; Amplitudini tuae me offero, atque commendo, Deum obsecrans, ut gratiarum tibi incrementa, viresque impertiat. Romae decimo septimo Kalendas Septembris anno millesimo quingentesimo octingentesimo quinto. Aliquot dies postquam haec scripta est altera Amplitudinis tuae ejusdem argumenti epistola fuit accepta undecimo Kalendas Augusti ad Dominum Cardinalem Senonensem transmissa. Cui cum praecedenti responsione satisfactum sit, nil ulterius de iisdem rebus dicendum occurrit — Amplitudinis tuae admod. Reverendae — uti Frater. Cardinalis Sanctae Severinae.

Hæc verò sunt, Præsul Illustrissime, quæ de ritu tuæ Neritonensis Ecclesiæ expiandi aquam in die sancto Epiphaniæ dicenda censui. Si quandoque extra oleas, ut dici amant, ferri; & nonnihil in aliquibus inamorari visus sum, id variis tractandarum rerum generibus, id majori ritus explicationi, id demum hujusmodi descriptionis naturæ æquiùs indulgent alii,
in-

indulges & Tu. Cujus insuper erit eâ quâ
polles in Ecclesiasticis rebus eruditione, ac
doctrinâ quidquid in his erratum est,
emendare. Fac igitur; meque in poste-
rum amare pergas.

F I N I S.



RITUS

Solemnis sanctificationis Aquarum in
Ecclesia Neritina

Ex veteri Codice Græco exscriptus,

Et in latinum versus ab

MARTINO VINCENTIO.

3719

1919

1919

1919

1919

LECTORI

ET hic quoque, ut in aliis editionibus perquam sæpè evenire solet, è regione latinæ versionis Græcum haberes textum, mi Lector; si Neritonensis Archivi latebræ diu licet, ac sedulò pervolutæ, conceptam quandoque spem non fecissent irritam. Ubi enim hujusmodi edendi Ritus consilium probavi, continuò Codicem illum Græcum eumque vetustum, ut fatetur Interpres, nullis non viribus expetivi, ut doctissimi alioquin Hominis versionem cum Græco autographo conferrem, eumque prælo datum Eruditorum oculis subjicerem. Me voti damnatorum Amici aliquot eruditi sponponderant, qui Neriti degunt; at quos unà mecum eventus rei fefellit. Nam quamvis in alia Antiquitatis non spernenda monumenta aliud agentes incidissent, eosque non penitus averfis oculis respiciens Fortuna respexisset; Neritinum attamen Græcum ritum quærimus adhuc. Cum ergo Dissertationem urgerem, meoque nomini con-

D d

ful-

sultum vellem, ne Tibi fortè fucum aliquem vendidisse viderer, quandoque Græcus textus deerat, versionem dare constitui: cujus profecto fidem commendare debent Authoris probitas & doctrina. Audi quid de ipso habeat Catalogus Archiepiscoporum, qui Galatensem Ecclesiam successu temporis sunt moderati sub num. **xxiii.** *Venerabilis Dominus Martinus Vincenzius utriusque Juris Doctor Archiepiscopus, qui Jurisprudentiâ nimium excultus, vitæque integritate spectatissimus fuit. Græcam autem linguam adeo egregiè calluit, ut si Græca lingua extincta esset, una ipsius opera revocasset. Eum Græcum diceres, nisi Latini vindicarent ut suum. Ob id Domino Fridrico Merio à S. Petro in Galatina Termularum Episcopo, qui omnium scientiarum, & idiomatum ornamentum dictus fuit ab Emin. Card. Baronio, carissimus fuit. Successit supradicto Domino Leonardo Amasparo anno MDLXXXVIII. Sixto Quinto Pontifice Maximo, miræque vigilantia animarum curam administravit, & tandem sextam supra centesimam agens die XXI. Januarii MDCV. Galatone obdormivit in Domino. Hæc ibi.*

RITUS²¹¹

Magnæ , & solemnæ Benedictionis
Aquarum quotannis die Epiphaniæ
Domini in Cathedrali Tem-
plo Neritonensi à Protopa-
pa, & Sacerdotibus Græ-
cis peractæ.

Die sexta Januarii in Epiphania
Domini fit magna sanctifica-
tio aquarum in majori Ecclesia
Neritonensi hoc pacto.

Post cantatas matutinas preces exit
Protopapa Ecclesiæ Galatænæ medius inter
Diaconum , & Subdiaconum sacris vesti-
bus indutus , & sequitur processionem Cle-
ri Latini, & Græci Civitatis Neritoni, Sa-
cerdotum Græcorum Galatenensium , &
Protopaparum locorum totius Diœce-
sis ;

*a Protopaparum locorum. De hujusmodi dignitatis no-
mine latè disserui in Dissertat. pag. 107.*

sis; & fit Processio per Ecclesiam à Choro Altaris Maximi ad ^b Narthecem Ecclesiae, ubi posita est in magno alveo aqua benedicenda, antecedente Cruce Stationaria cum Acoluthis ferentibus ^c cereos accensos, & Thuriferario thurificante. Antequam incipiant dicunt ^d Præcentores Græci: *Procedamus*

^b *Ad Narthecem*. De Narthece luculentissimam Dissertationem adornavit Cl. Allatius, quam non vidisse pigebit. Erat autem *Nάρθηξ* *Narthex* inferior Ecclesiae locus prope ianuam Catechumenis olim, Energumenis, & Pœnitentibus addictus. Apud nonnullos *Auditio* nuncupatur. Hodie verò inter Græcos cum Catechumeni deserunt, mulieribus claudendis aptior est. De nominis significatione mirè inter se digladiantur Authores; variis commentantibus. Videndus Morinus de Pœnitentia, Goarius in notis ad Rituale Græcorum, Sarnellus in sua Basilicographia, &c.

^c *Cereos accensos*. De cereorum accensorum usu in fontis benedictione vide Goarium in Rituali Græcorum, & ad Codinum de officiis. Imperatori etiam Constantinopolitano magnus dabatur cereus ad fontem deferendus: unde postea Epiphaniæ dies, *Dies Luminum* dictus: ut nos in Dissert. pag. 28.

^d *Præcentores*. Præcentores ex ordine lectorum fuisse putat Josephus Thomasius in Prælat. ad Roman. Antiphonarium: & cum Clerici inferiores aberant, quibus hoc munus demandaretur à Diaconibus eorum vices suppletas docet. Dissentit Martene de antiqua Ecclesiæ disciplina cap. 3. pag. 40. Præcentoresque diversi ordinis à

Le-

damus pacificè ad fontem aquæ, In nomine Christi Jesu. Respondet Chorus Græcus, Amen.

Dum autem dexterum locum tenent Latini, & juxta sacrorum Ordinum præminentiam, alii sequuntur alios, vel præcedunt, post omnes venit Venerabilis Abbas inter Canonicos Cathedrales Ecclesiæ cum *s* Mitra, & Pontificali & pedo, & om-

Lectoribus statuit. Ut ut sit cantum inchoabant: & inter duos choros Græcum, & sinistrum stabant medii. *Ἡρακλῆς* dicuntur à Græcis, quasi parantes sonos.

e Amen. Quàm vetus in Ecclesia sit mos, ut post Antistitis preces concordī voce Populus respondeat *Amen*, monstrat ex Sancti Iustini Apologiā secunda, quæ revera prior dicenda est, Ludovicus Muratorius Anecd. Latin. tom. 1. pag. 4. Consule etiam Bona Rerum Liturg. lib. 2. cap. 5.

- s Mitra. Mitra, quam nunc capite gestant Præsules, ejusdem esse generis cum ornamento illo, quo virgines Deo consecratæ caput circumdebant in Africa quarto sæculo, octavo in Hispania asserunt nonnulli, negant alii; postremis quorum & ego lubens accedo. Ejusdem usque ad decimum sæculum nulla apud Authores mentio; multa equidem apud Scriptores subsequentiū: e. g. Petrum Damianum, Bernardum, Hugonem de Sancto Victore, aliosque. Attamen ex loco Gregorii Nazianzeni *Orat. 5. pag. 136.* jamdudum inter Episcoporum Orientalium insignia Mitram venisse erui videtur. *ἡ δὲ ἀρχαία, καὶ μεβαλλοῦ τὸν ποδὸν καὶ πτερύγεσσι τοῦ Κλ*
ῆρος

& *b* omnibus Pontificalibus ornamentis
adsti-

Jaen. Idcirco me Pontificem cingis, ac podere cingis, capitique cidarim imponis. Eamque fortasse Eusebius *lib. 10. cap. 4.* vbi *ἱερεὺς ἐκείνου*, *caelestis gloriae coronam* appellat. At cujus nam formæ fuerit antiquum capitis operimentum ab Episcopis usu habitum ante decimum sæculum, ignotum nobis asserit eruditissimus Bocquillot in sua historica Liturgia *lib. 1. cap. 7.*

g Peto. Idem Pedus, ac Baculus Episcopalis, qui Episcopis tribuebatur dum ordinarentur, *ut ejus indicio*, inquit Ilidorus de Ecclesiasticis officiis *lib. 2. cap. 1.* *subditam plebem vel regat, vel corrigat.* Quod uno versu Mystici.

Curva trahit mites, pars pungit acuta rebelles.

Nota est ergo Episcopalis dignitatis, & ideo à Patribus octavæ Synodi conclamatum est in Photium *Tollite baculum de manu ejus, signum est enim dignitatis Pastoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia Lupus est non Pastor.* Unde in Episcoporum degradatione baculi frangebantur. Abbates vero Græcorum Baculo utebantur in formam Græci Tau desinenti.

b Pontificalibus ornamentis. Quando nam Abbatibus Pontificalium indumentorum usum indulserint Pontifices incertum apud Authores. In Bullario Casinen. *Tom. 1. const. 2. num. 2.* habetur, quod quarto Kalen. Maji anno 643. Theodorus Papa ad instantiam Rotharith Longobardorum Regis, & Guidebergæ Reginae hoc privilegium Abbati confirmavit, quod ei antea ab Honorio Primo concessum fuerat. Inclinate undecimo sæculo Monachorum, qui hæc usurpabant seu audaciam, seu ignorantiam carpit Bernardus de Officio Episcoporum. *cap. 9.* *Quo ista d Monachi? ubi timor mentis? ubi rubor frontis? quis unquam probatorum Monachorum tale aliquid*

adstiturus præsens i magnæ sanctificationi aquarum. Interea gradiente, ^k alternante Choro Latino, & Græco cantatur altâ voce l Responsale.

R. Hodie Cœli aperti sunt, & mare dulce factum est. Tercia jubilat, montes, & colles laetantur. Quia à Johanne in Jordane Christus baptizatus est.

V. Quid est tibi Mare, quod fugisti, & Tu Jordanis quare conversus es retrorsum.

R. Quia à Joanne Christus in Jordane baptizatus est. Fi.

quid aut verbo docuit, aut reliquit exemplo? Et ab Epistola 90. Petri Blesensis duodecimo sæculo, apud omnes non obtinuisse adhuc dilucidè eruitur. Unde circa hæc tempora Ritum Neritinum confectum esse credimus.

i Magnæ sanctificationi. Ut aquarum sanctificatio hæc ab illa distinguatur, quæ singulis mensibus apud Græcos conficiebatur, & minorem Benedictionem nuncupabant. Vide Differtat. pag. 49.

k Alternante Choro Latino, & Græco. Ea consule, quæ diximus in Differt. pag. 117.

l Responsale. Sic frequenter pro Responsorio in Ordine Consentino, de quo in Dissert. pag. 105. Responsoriorum autem ab Italis tradita priusquam à Græcis traderentur Antiphonæ, docet nos Widorus de Divinis Officiis. Hoc autem nomine vocata sunt, quod uno canente Chorus respondeat. Si alia placent, vide eruditissimum Josephum Thomæum in Præfat. ad Antiphonarium Romanum.

m Ad-

Finito Responsale ante alveum aquarum Præcentores ^m Antiphonam.

Antiph. *Vox Domini super aquas alleluja: Deus Majestatis intonuit* ⁿ *Alleluja.*
Dein-

^m *Antiphonam*. Ipsum eundem consule Thomafium, qui tria respectu Antiphonarum observat. 1. Olim integras ante Psalmos, & cantica decantatas fuisse, ut in hoc Neritino Ritu observare est. 2. Aliquando bis ante Psalmos repetitas. 3. Nonnunquam ante omnes Psalmorum versiculos. Paulinus in vita S. Ambrosii refert earum usum in Ecclesia Mediolanensi, Sanctum hunc Præsulem invexisse. In Oriente autem Auctores habuisse Flavium, & Theodorum Monachos.

ⁿ *Alleluja*. Precationis forma est ab Hebræis mutuata, quibus in festo Tabernaculorum cani solitum *Hallel Magnum*. Dumque ab uno occinerentur verba Psalmorum, à toto cœtu aliquando responsum est *Halleluiab*. Vide Johannem Nicolai de Phyllobolia, & Johan. Henric. Othon. Lex Rabbino-Philolog. pag. 198. edition. Genevæ. Quod Græci imitati fuere. Inter libationes enim ΕΑΕΑΕΥ ΙΟΥ ΙΟΥ acclamabant. Solemnis hæc eis formula, dum sibi propitium Deum postulabant, teste Eustathio ad Odyss. V. Tunc enim temporis repetebant perquam sæpe *ὦ ὦ*. Id quod demum in *ὦ* transformatum est: ut habet Plutarchus Sympol. lib. 4. quæst. 5. Quodque mirabere forsan, mi Lector, Albanenses illos, qui citerioris Calabriae oppidula nonnulla incolunt, in eorum commensationibus, & choreis, quibus supramodum gaudent ΙΟΥ ΙΟΥ iteratò inclamare. Quod ego eorum quandoque mores animadvertens, sæpius auditum prænotaveram. Vide Bona Rerum Liturgicar. Tom. 2. pag. 533. In Quadragesima etiam, & in exequiis Mortuorum

Deinde Chorus Latinorum , & Græcorum alternatim canit ° *Psalms Baptismales* , & Præcentores invitant Chorum cum Antiphonis : *In Ecclesiis benedicite Dominum Alleluja : de fontibus Isdrael Alleluja . Et Benedicite fontes Domino , benedicite maria , & flumina Domino , &c. Ipse liberavit me de laqueo venantium*

Deinde cantantur Litanie à Præcentoribus , & utroque Choro , ut supra : hoc modo :

Kyrie eleison.

Christe eleison .

Kyrie eleison.

Christe audi nos .

Christe exaudi nos .

Pa-

rum *Alleluja* concinunt Græci . Vide Codinum , & Goarium .

° *Psalms baptismales* . Hi etenim recitantur in diebus Baptismalibus , nempe in Dominica nocte Resurrectionis Domini , & Pentecostes : quia tria vitia originalia , suggestionem scilicet diaboli , carnis delectationem , & consensum animi à Catechumenis petit Ecclesia repelli . Vide Amalarium *lib. 4. de divinis officiis cap. 43.* Honorium Augustodonensem *Gem. Anim. lib. 3. cap. 144.* & Durandum *lib. 6. Ration. cap. 89. num. 4.*

Ec

p San-

Pater de Cœlis Deus, miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, mis. nobis.

Spiritus Sancte Deus miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, mis. nobis.

Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix.

Sancta Virgo Virginum.

Sancte Michael.

Sancte Raphael.

Sancte Uriel.

Omnes Sancti Angeli, & Archangeli.

Sancte Abraham.

Sancte Iohannes Baptista.

Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ.

Sancte Petre.

Sancte Paule.

Sancte Marce.

Sancte Iohannes.

Omnes Sancti Apostoli, & Evangelistæ.

Sancte Stephane.

Sancte Laurenti.

p Sancte Procopi.

San-

p. Sancte Procopi. Illam hic Christi Martyrem Procopium innui censeo, qui exercitus Ductor post immania tor-

9 *Sancte Theodore.*

Omnes Sancti Martyres.

Sancte Sylvester.

Sancte Gregori.

Sancte Basili.

Omnes Sancti Pontifices, & Confessores.

Sancte Antoni,

Omnes Sancti Eremitæ.

Sancte Pater Benedictus.

Omnes Sancti Monachi.

Sancta Maria Magdalena.

San-

tormenta, variasque Christianæ fidei confessiones capite plexus occubuit; & à Græcis inter celebriores Martyres, quos *μεγαλομάρτυρας* appellant, meritò censetur. Sub hujus nomine Constantinopoli Ecclesia extabat: de qua consule Changium in Constantinopoli Christiana lib. 4. sect. 6. num. 83.

9 *Sancte Theodore.* Theodori Tironis memoriam apud Græcos celeberrimam fuisse testatur Gregorius Nyssenus in Oratione, quam *Encomium Magni Martyris Theodori* inscripsit: & ad eam quotannis celebrandam catervatim confluisse docet. Procopius lib. 1. de ædificiis Justiniani Imperatoris Basilicam ipsius Martyris nomini consecratam memorat. Altera erat Hierosolymis, cujus nominis Cyrillus in vita Sancti Sabæ num. 78. apud Co-telerium tom. 3. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ. vide & Allatium de Hebdomad. Græcorum num. XII. columnæ 1430.

Ec 2

r San-

r *Sancta Tecla.*

Sancta Agnes.

s *Sancta Ursula cum comitatu.*

Omnes Sancti, & Sanctæ. Intercedite pro nobis.

Vt nos ab omni peccato liberes. Te Dominum precamur.

Vt nos ab omni malo eruas. Te Dominum precamur.

Vt Ecclesiam augeas, & auctam conserves. Te Dominum precamur.

Vt Dominum Apostolicum, & Catholicum Papam nostrum conserves. Te Dominum precamur.

Vt omnem Populum Christianum tuearis, & confoveris. Te Dominum precamur.

Vt

r *Sancta Tecla.* Teclæ Virginis, & Virginum Protomartyris laudes passim sonant Patres Græci. Missa Ethiopum in oratione Benedictionis habet: *Et centam quinquaginta, qui fuerunt Ephesi, & Tecla Aimanor.* Teclæ autem imaginem Crucem gestantis ad dexteram Stephani habes apud Changium in Nummis Imperatorum Constantinop. & ibidem inscriptio *Τέκλα Πρωτομάρτυς.*

s *Ursula cum comitatu.* Tot millium Virginum Ursulam consecrantium sententiam, suffraginatus Eruditi (*cum comitatu omni*).

s *Vt*

Vt omnibus in Christo , & nomine Jesu defunctis requiem , & gloriam largiaris. Te Dominum precamur.

Protopapas furgens ad Alveum aquarum , accedit attollendo vocem canoram, & ter faciendo Crucis signum super aquas, dicit conversus ad Jesum Christum .

** Vt sanctificetur aqua hac virtute, & operatione , & adventu Spiritus Sancti. Dominum precemur.*

** Vt virtus purgativa supersubstantialis Trinitatis his aquis infideat . Dominum precemar .*

** Vt in ea Redemptionis gratia , & Jordanis benedictio mittatur . Dominum precemur .*

Quo facto Protopapas iterum redit ad locum suum , & dicit .

Vt lumine cognitionis , & pietatis per Spiritus Sancti adventum per eam illuminemur . Dominum precemur .

Vt

** Vt sanctificetur , &c. Similia habet Ritus facienti ex Ethnico Catechumenum ex Manuscriptis Cryptoferrar. Card. Bessarionis.*

u De-

Vt fiat per eam depulsio omnium insidiarum inimicorum tam visibilium, quam invisibilium. Dominum precemur.

Tunc Præcentores dicunt: *Secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos. Chori respondent: Exaudi nos Deus venerande tremende.*

Tunc Protopapas altâ, & canorâ voce dicit sequentem orationem.

„ **D**omine, Jesu Christe Deus unigenite in sinu Patris quies, qui es Deus verus, vitæ fons, & immortalitatis, lumen de lumine, qui venisti in mundum, ut mundam donares lumine, illustra mentes nostras Sancto Spiritu tuo, & suscipe nos glorificantes te, & gratias agentes tibi, & pro mirandis, & miraculosis operibus, quæ à seculo sunt, & salutaris tuæ dispensatione ultimis sæculis disposita, qua indutus nostra debili, & misera massa, & in servitutem factus Rex omnium per manum servi tui in
Jor-

„ Domine Jesu, &c. Extat Oratio hæc in Euchologio Græcorum in magna sanctificatione aquarum: & incipit: Κύριε Ιησὺ Χριστέ ὁ Θεός, &c.

Jordane baptizari sustinuisti : ut à peccato innocens, & mundus aquarum naturam sanctificares, & ad regenerationem per aquam, & spiritum viam nobis sterneres, & restitueres in primi Patris libertatem. Cujus divini mysterii memoriam recolentes, rogamus te, benigne Domine, effunde, sicuti nobis pollicitus es, super nos famulos tuos indignos. aquam expiatrix tuæ bonitatis, ac clementiæ munus, ut nostra, quamvis peccatorum, deprecatio super aqua hac tuæ bonitati accepta fiat, & per eam nobis, omnique populo tuo fidei benedictio concedatur in tui sancti, & adorandi nominis gloriam. Amen.

Chorus Græcus cantat. Ultimo festivitatis die dicebat Jesus : Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit Jesus de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluja, alleluja.

R. Vox Domini super aquas, Deus Majestatis intonuit.

V. Qui sitit veniat ad me, & bibat, & de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant.

Sub-

* *Subdiaconus. Lectio libri Num. cap. 20. In diebus illis convenerunt Filii Israhel adversum Moysen, & Aron, & versi ad seditionem dixerant. Utinam periissemus inter fratres nostros coram Domino. Cur eduxisti Ecclesiam Domini in solitudinem, ut nos, & nostra jumenta moriamur. Quare nos fecisti ascendere de Ægypto, & adduxisti in locum istum pessimum, qui feri non potest, nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata: insuper & aquam non habet ad bibendum, ingressusque Moysen, & Aron dimissâ multitudine, in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, & clamaverunt*

* *Subdiaconus. Lektionen Prophetarum, & Apostolorum in Ecclesia latina olim non à Subdiaconibus, sed à Lectoribus legi consuevisse, patet ex Epistolis Cypriani 33. & 34. & ex Concilio Toletano I. à quo cum prohibeatur Pœnitentibus ad Lectoratus ordinem admittis lectio Apostolorum; jam patet id eorum fuisse munus. At successu temporis, teste Amalario lib. 2. cap. 11. statutum est, ut Lectio Evangeliorum à Diaconibus, à Subdiaconibus Prophetarum, & Apostolorum haberetur: quod evenisse octavo sæculo opinatur Bona Rer. Liturg. lib. 2. cap. 6. Non unum autem in hujusmodi Benedictionis Ritu ex Romana Ecclesia morem ab Græcis Neritinis usurpatum videbimus infra.*

y De

runt ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus audi clamorem populi hujus, & aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ vivæ: ut satiati cesset murmuratio eorum, & apparent Gloria Domini super eos.

Chorus Latinus cantat: *Ultimo festivitatis die dicebat Jesus, &c.*

Tunc Diaconus genuflectens ante Venerabilem Abbatem suscipit & de capsulâ librum Evangeliorum, petit benedictionem, & inter Acoluthos canit.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Johannem cap. 7. In illo tempore in novissimo autem die festivitatis stabat Jesus

y De capsula. Nulli sacrorum Codicum major in utraque Ecclesia veneratio exhibita, quam libro Evangeliorum. Eum pretiosissimis thecis inclusum indicant passim Authores, quos consulat Lector apud erudit. Bona lib. 1. cap. 25. Ambrosi. epist. 4. 1. clas. scribit, ipsum aureâ capsulâ relictum. *Ibi arca testamenti nudique auro lecta, idest doctrina Christi.* Et inter divitias, quas ex Hispanicis Ecclesiis in Francias advenit Chidelbertus, numerantur à Gregorio Turonensi viginti Evangeliorum capsula ex auro puro, ac gemmis ornata. Et in Ordine Romano præscribitur, ut postquam Clerus & Populus Evangeliorum librum fuerit deosculatus, Acolutho tradatur in consuetam capsulam recondendus.

sus, & clamabat dicens: si quis sitit veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes.

Deinde Protopapas ter ^z insufflans super aquas, & eas ^a cruce signando dicit,

Exufflo te omnis exercitus Satanae in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, &c.

Deinde Diaconus clamat: *b Attendamus.*

Et

^z *Insufflans.* Antiquissimi moris exufflandi in detestationem malignorum spirituum occurrunt passim exempla. Vide Dionysium de Ecclesiastica Hierarchia: Cyprianum in epistol. 7. quæ est ad Rogatianum: Tertullianum *lib. 2. ad uxorem: ubi hæc habet: Latebis ne te cum lectulum tuum, cum corpusculum tuum signas, cum aliquid immundum flatu expais?* Meminerunt etiam hujusmodi insufflationis Cyrillus Catech. myst. cap. 2. Isidorus de offic. cap. 20. Severus Alex. in Græcorum Baptismi ritibus: Harbanus de Inst. Cleric. *lib. 1. cap. 27.* Pamelius in Notis ad Tertullianum de Baptismo.

^a *Cruce signando.* Vide quæ diximus in Dissert. pag. 134.

^b *Attendamus.* Formula Diaconi populum elatâ voce excitantis ad attentionem: quam passim invenies in Græcorum Liturgiis. Diaconorum enim apud eos non tantum munus erat de iis, quæ agenda erant, Sacerdotem celebrantem adjuvare; sed ea etiam curare, quæ Populorum seu pietatem, seu institutionem respiciebant.

Vi.

Et Protopapas ait . *Discedant à nobis c aëra cuncta , & invisibilia d Idola , spectraque , ac e malus , & tenebrosus in aqua ista non abscondatur .*

Deinde Diaconus clamat: *Attendamus.*

Et Protopapas ait : *Spiritus nequam cogitationum caliginem , & mentisurbationem inducens , in nos non descendat : sed per aquam istam à te Domine sanctificatam*
f abji-

Vide Ilacium Habertum ad partem IX. Pontificalis Græcorum : & Johannem Morinum lib. de sacris Ordinationu. p. 3. & Bona lib. 1. cap. 25. qui ab utroque tradita , in unum collegit .

c *Aëra* . Augustin. contra Academicos lib. 1. cap. 7. *Ideoque talia cum in memoriam nostram incurrerint , non mirum est , si sentiri possunt ab hujus aëris animalibus , quos Dæmones vocant .*

d *Idola* . Apud veteres Græcos *Idolum* erat inahis , & mendax imago , qualia sunt vana phantasmata , & spectra , teste Eustathio in 11. Odyss. Platone in Theæteto : & Luciano in Dialogo de Mortuis . Eamque vocem in hujusmodi significatione noster hic Ritus usurpat .

e *Malus* . Nullus dybito Dæmonem hic designari , solemni apud nonnullos ex veteribus Patribus vocabulo : eum *Malum* tanquam antonomastice vocantibus . Cyprianus de orat. Dominic. *In tentationibus nihil Malo liceat , nisi potestas inde tribuatur .* Similia habet in epistola ad Firmilianum . Tertull. de patient. *Lata , atque diffusa est operatio Mali .* Sequenti utique Orationem Dominicam , quâ deprecari docemur ; *Sed libera nos dñe à malo ,* à *Malo* , ilicet à scelesto .
Ff a f Abji-

*Abjiciatur: quia nomen tuum admirabile,
& gloriosum invocabimus Domine.*

Diaconus tertio clamat: Attendamus.

*Et Protopapas dicit: & Exorcizo te
Creatura aquæ per Deum verum, per Deum
vivum, per Deum sanctum, per Deum uni-
versi totius Creatorem, ut te mandam præ-
stes contra omnes ^b morbos, insidias inimici,
& diabolicas potestates. Ut locus ubicunque
adpersa fueris, sit propitio Deo defensio, si-
cuti in Ægypto defensa fuerant domus He-
braeorum per signum sanguinis Agni, sic de-
fendatur Domine domus famulorum, & fa-
mularum tuarum per asperisionem hujus aquæ.
In ipsius nomine te exorcizo, qui filios Israel
per medium maris conduxit. In ipsius nomi-
ne*

f Abjiciatur. Expulsionis Dæmonum per aquam be-
nedictam peractæ, tot habentur exempla in Sanctorum
Patrum, aliorumque piorum Virorum vitis, ut eadem
facile vel nolentibus occurrant.

g Exorcizo. De exorcismi antiquitate in Ecclesia vo-
lo consulas Gregorium in Sacram. Severum Alexan-
dram de Græcorum Baptismi ritibus; Cyprianum ad Ma-
gnum 76. num. 54. Pameliū in Notis ad Tertull. de
Baptismo, &c.

b Morbos. Vide quæ dicta sunt in Dissertatione pag.
51. ex Myrepsa.

i Do-

ne te exorcizo, qui super te suis sanctis pedibus ambulavit, In ipsius nomine te exorcizo, quem Johannes in te baptizavit, ut omnis spiritus erroris, omne phantasma demonum per te aspersum effugiat, & separetur de eodem loco. Per eundem Dominum Jesum Christum Filium tuum, qui venturus es judicare vivos, & mortuos, & saeculum per ignem.

Deinde Protopapas exclamando: i Dominum precemur.

Exufflo te spiritum adversum, spiritum caliginis, & tenebrarum.

Et exufflat tribus vicibus in aquam in modum Crucis. Deinde secum submissa voce.

Increpa Domine spiritus immundos, & abjice illos, & opera manuum tuarum expurga: & potenti virtute tua usus sub pedibus tuis celeriter Satanam contere Deus
for-

i Dominum precemur. Formula hæc advocandi populum in precum unionem passim habent Ritualia Græca. Vide Jacobum Goarium in Bucholog.

k Sol.

*fortis , Deus sancte , Deus æterne . Deus
 noster adorande , metuende , tremende : qui in
 mundum advenisti , & habitasti inter homi-
 nes , ut eos à demonum captivitate liberares :
 qui sole obscurato , & terrâ commotâ de po-
 testatibus adversis triumphasti , qui mortem
 morte destruxisti , & diabolum devicisti , &
 vivis , & regnas in sæcula sæculorum .
 Amen .*

*Deinde attollendo vocem , ut supra,
 Dominum precemur .*

Protop. Exufflo te spiritum nequam .

Diacon. In nomine Iesu .

Chorus. Amen .

Protop. Exufflo te spiritum erroris .

Diacon. In nomine Iesu .

Chorus. Amen .

*Protop. Exufflo vos adversarias cun-
 ctas potestates , spiritus tonitruum , fulgurum ,
 & tempestatum , ut fiat aqua hæc exorciza-
 ta , & benedicta .*

Diacon. In nomine Iesu .

Chorus. Amen .

*Deinde Protopapas dicit hanc oratio-
 nem*

pem super & sal ibi in vaso aliquo paratum.

*Inviſtum robur virtutis tuæ deprecor,
Domine Sancte Pater Omnipotens Deus æter-
ne, emitte ſuper hoc ſal, cui non minimam
gra-*

& Sal. Mirabitur autem quis, cur in huiusmodi Ritum Græcas inter Gentes natum nonnihil effluxerit à Ritualibus Latinorum libris deſumptum. Commixtio etenim hæc ſalis, & aquæ, & precationes nonnullæ huc ſpectantes leguntur in vetuſtiſſimo Romano Sacerdotali, quod Albertus Caſtellanus Ordinis Prædicatorum Veneris typis excuſſit. Rei verò cauſam hanc unam crediderim: quod ſcilicet Græcis Latinorum regiones incolentibus, latinisque populis immixtis nil proclivius fuerit, quàm alterius Gentis in vitæ conſortium admiſſe mores edificere, & inſtituta probare. Ea præcipuè, quæ Religionis erant, Deique cultum tangebant: in quibus & animorum concordia, ac mutuâ pietatis viciffitudine perquàm facilè eſt convenire. Quod admiſiſſe videtur Goarius, quum rationem redditurus, cur in Græco quodam Codice plures baptizandorum Patrini legerentur, quando unus tantum erat Græcis baptizandi Catechumeni Patrinus; ait Codicem illum eorum eſſe Græcorum inter latinos degentium, à quibus plurimum Patrinorum morem didicerant. Quod faciliùs evenire potuit tunc temporis, cum Typographicâ arte nondum inventâ Rituales libri juxta quorumcumque Eccleſiaſticorum Virorum placita privato eorumdem arbitrio poterant immutari; eiſque vel detrâhere quidquam, vel addere non adhuc vetitum erat. Quod & in noſtro Ritum potuit evenire.

1 Præ-

gratiam conferre dignatus es, ut ex illo possint aniverſa condiri, quæ hominibus ad eſcam per Filium tuum Ieſum Chriſtum procreari juſſiſti, per quam Te Domine ſupplices exoramus, ut ſat iſtud ſanctificare, benedicere, & conſecrare digneris, ut ex vultu divine Majeſtatis tue, virtutem contra omnes immundos ſpiritus poſſit accipere. Expellat de tabernaculis famulorum, famularumque tibi ſervientium, & in te ſperantium quidquid poteſt peſtiferum eſſe, & exhibeat univerſis plenum ſalutis effectum. Fuget ¹ præſtigia, phantaſmata compellat, & tutelam fideliffimam deſiderantibus præſtet per hoc ſalutiferum ſignum vivificæ Crucis, hæc Protopapas aquas Cruce ſignat, Filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo omnium ſalutem miſericorditer collocaſti.

Deinde extollendo vocem ſal benedicit altiori voce.

Be-

1 Præſtigia, De Præſtigiiſ Demonom, vide Tertulianum Apolog. adverſus Gentes cap. 23. Auguſtinus etiam nonnulla habet lib. 10. de Civitate Dei cap. 16. & ibidem latius Vives. Nos etiam nonnulla inferius addemus.

m Sa-

Benedico te creatura salis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo credenti per nos servos tuos iussit consecrari: itaque obsecramus te Domine Deus noster, ut hæc creatura salis in nomine sanctæ, & individuae Trinitatis efficiatur salutiferum in sacramentum, sitque efficax medicina in visceribus tuorum Fidelium per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Chori respondent: Amen.

Diaconus. Attendamus.

Protopapas. Exorcizo te creatura salis per Deum verum, per Deum vivum, per Deum metuendum, tremendum, adorandum.

Per

in Sacramentum. Latius hæc voce utitur Ritus ad denotandam rem consecratam, seu benedictam. Augustinus lib. 4. de Baptismo contra Donatistas cap. 21. An Catechumeni Sacramentum, Baptismi Sacramento præferendum putavimus? Ubi quidam intelligi volunt ritus, & cæremonias, quæ Catechumenis ante Baptismum adhiberi solent, & quas idem Augustinus Tract. 4. in Johan. sacramenti nomine donat. Alii pro eulogiis Catechumenis tributis locum explicant: nosque alibi observavimus, sal dici Sacramentum Catechumenorum; Dissertat. pag. 160.

G g

n Sal

Per eum, qui per Eliseum te in aquas mitti iussit, ut sterilitas aquarum sanaretur. Per eum, qui per Paulum Apostolum dicere dignatus est: Sit cor vestrum sale conditum; efficere sal exorcizatum ad evacuandam, & expellendam omnem adversantium potestatem, & omnem fortitudinem per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & saeculum per ignem. Amen.

Deinde miscet^o sal cum aqua dicens, & faciens tres cruces.

Domine, & Salvator noster Iesus Christus antequam rediret ad Caelos Apostolis suis mandavit, dicens: Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. Hic mutat vocem, & mittit sal. Haec commixtio salis, & aquae promiscue fiat. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Deinde Protopapas sequitur exorcismum cantando voce alta.

Exorcizo te creatura salis & aquae. in nomine Patris, & Filii, et Spiritus Sancti.

ⁿ Sal cum aqua. Vide quae notata sunt in Dissertatione pag. 159.

• My-

Et. Exorcizo te per Deum vivum: Exorcizo te per Jesum Christum Dominum nostrum crucifixum. Exorcizo te per Spiritum Sanctum. Per eam te exorcizo, qui per Elisam Prophetam in aquam mitti jussit, dicens: Hæc dicit Dominus, sanabitur aqua ista, et non erit in ea mors, nec sterilitas: per ipsius nomen te adjuro, qui divinâ voce oris sui Apostolis suis locutus est dicens: Vos estis sal terrae, et cor vestrum sit sale conditum; et omnes, qui te sumpserint, sint sanctificati in animabus, et corporibus: ut ubicumque aspersa fueris, effuges inimicam, et praestes omnibus remissionem, expellas insidias, et excludas omnes dæmonum tentationes. Tu autem deprecor conditor, et instaurator omnium elementorum, qui hæc fluenta tuo nomine sanctificata voluisti, proficere ad purgationem locorum, ut nominis tui invocata majestate gratiam Spiritus Sancti hæc aqua suscipiat. Valeat ad expellendas diabolicas artes per manus fervorum tuorum adpersa, et per sanctificationem, quâ tu sanctificando sanctificas, et benedicendo benedicis, ut omnis immundus spiritus aspersione hujus aquae

Gg 2 repul-

repulsus, confusus effugiat; ut omnis incur-
sus Saranae, & omne phantasma, omnis
immunditia, & omnis putredo inimicorum
longè recedat, nec in eodem loco consistendi,
aut resistendi habeat potestatem; sed victus,
& dissipatus discedat diabolus, cum omni
pompa sua per virtutem, & gloriam Domi-
ni nostri Jesu Christi, qui venturus est ju-
dicare vivos, & mortuos, et saeculum per
ignem. ●

Chorus respondet *Amen*. Deinde Pro-
topapas accedens stat super alveum incli-
natus, & dicit canorâ voce, sed non ex-
clamans.

*Alloquor te aqua, quae lacis similitu-
dinem habes. Tu sub Caelo, tu super Caelum;
tu sub terra, tu super terram. Super te in-
voco nomen sanctum, et admirabile Dei om-
nipotentis: qui te suâ potentiâ convertit in
vinum, suspendit super Coelos, congregavit
super terram, commiscuit in mari. Qui te
arcanis, et velocibus ventis fluere praecepit,
et ad usum hominum, et lavacrum dedit, et
sitientibus in potum attribuit. Super te quo-
que spiritus Domini in exordio Mundi fere-
batur,*

batur, et etiam fertur. Adjuro te ergo creaturam aquae per septiformem spiritum Dei vivi. Adjuro te per novem ordines Angelorum. Adjuro te per vocem coruscantis, tremendi, et coelestis Regis. Adjuro te per lignum oysterii, à quo aqua percussa, statim dulcis est effecta: Adjuro te per eum, qui omnia creavit, conservat, et regit, ne contemnas vocem pusillanimitatis meae, sed expellam omnem umbram, omnes p machinationes

o *Mysterii*. Alludit Ritus ad locum Exodi cap. 15. 25. lignumque, quod aquis immixtum fuit, vocat *lignum mysterii*. Vocis originem eruditè examinat Casaubonus exercit. xvi. in Baronium pag. 542. eamque à claudendo dictam putat. Quidquid enim absconditam habet virtutem, nobisque ignotam, *mysterium* dici potest. Quinimo apud Herodianum lib. 8. iusjurandum, quod præstabant legiones dicitur esse *vis Populorum ægyptiæ imperii* *secretum*, Imperii Romani grave *mysterium*, live, ut loquitur Tacitus: *Arcanum Dominationis*. Græcis etiam antiquioribus omnia ea sacra, quæ Plinius *opertanea*, & Flaccus *operta* dicunt, *mysterii* nomine donare placuit. Vide Synes. de Provident. Clementem in Protreptico: Firmicum de Mysteriis.

p *Machinationes Diaboli*. Machinationem hic pro tentatione Diaboli sumi opinor: quam alii *argumentum Diaboli* nuncuparunt. In actis SS. Mart. Perpetuæ, & Felicit. legitur §. 3. v. 8. *Et est victus cum argumentis Diaboli*. Antonius in vita S. Simeonis Stylitæ cap. 6. *Cum*

tiones diaboli, sive spirituum immundorum,
sive 9 Biotbanatorum, sive errantium, sive
ex invocatione r magicæ artis excitatorum,
sive

Cum signum crucis fecisset, continuè Diabolus nunquam comparuit cum argumento suo, & evanuit.

9 Biotbanatorum. Licet alij aliam huic loco mentem affluant, nihilominus Biotbanatos hic idem ac maleficos spiritus sonare credo, à quibus aliquod hominibus malum vel infertur, vel inferri posse timetur. In vita B. Seraphiæ Virginis penes Adonem 3. Septembr. legitur: *Præfex verò iterum Beata Virgini dixit: Biotbanata, & malefica, audi imperiale præceptum. Cui reposuit Seraphia: Biotbanati, & malefici vos estis, qui negatis Deum vivum, & verum, & Dæmonia adorando cum ipsis pariter estis morituri. Legendum autem morituri, ut verbis verus insit sensus, Tertull. lib. de Anima cap. 57. Aut optimum est hęc retineri secundum Aoros, aut pessimum secundum Biotbanatos. Nec nobis inobservatus esse debet locus Adelmi de virginib. cap. 16. Extraneus ab Ecclesiæ societate inter Biotbanatos reputabitur. Cæterum Martyres quoque diversâ admodum sententiâ apud Gentiles Biotbanati audiebant: idest violenta morte perempti. Consule Acta SS. Symphorosa, & Felicitatis apud Ruinartium pag. 23. Acta Getulii, & sociorum Martyrum: S. Babylæ: Nestorii Episcopi, &c.*

r *Magicæ artis excitatorum.* Per magiam spiritus, & phantasmata excitari docuerat Tertullianus lib. de Anima cap. 57. Itaque invocantur quidem Aori, & Biotbanati suo illo fidei argumento, quod credibile videatur, eas potissimum animas ad vim, & injuriam facere, &c. Cui simile quid habet in Apolog. adversus Gentiles cap. 23. Celebre est id, quod de Juliano Apostata refe-

sive incantatorum molimina, sive draconum, sive volucrum, vel viperarum terrores; quia imperat tibi Dominus Jesus Christus Filius Dei vivi, quod mox ut aspersa fueris sive in hominibus, sive in domibus, sive in vineis, sive in pecoribus, vel in quibuslibet animantibus, sive ab hominibus calcata, vel in navibus, vel in mari, vel in paludibus, sive in qualicumque creatura, aut in quemcumque locum injecta, sive super infirmum, vel languentem, sive in potum, sive in agrum, aut maligni spiritus infestationem patienti, mox expellas, ac excludas omne malignum, ut possis homo velociter salvus fieri per virtutem

referunt Sozomenus *lib. 5. Histor. cap. 2.* & Theodoretus *Histor. etiam Ecclesiast. lib. 3. cap. 3.* Cum enim incantationibus hujusmodi ille daret operam, spectris, quæ ad Magorum susurrationses apparuerunt deterritus, quasi in magno esset discrimine, pro Christianorum consuetudine quam didicerat, se ipsum signo crucis consignavit, cujus virtute spectra illa evanuerunt.

s Draconum, sive volucrum. Imagines describit, & larvas, quibus incantatorum molimina spectantium oculos terrent. Huc autem adduci potest locus Sancti Cypriani *epistol. 76. Nam si scorpia, & serpentes in aquam præcipitati prævalere possunt, & retinere sua venena possunt, & spiritus æquam, qui scorpia & serpentes appellantur, &c.*

i Pa-

tutem Domini nostri Jesu Christi, qui neque dici, neque scribi, neque metiri potest: cui nomen est Jesus.

Diaconus. Oremus.

Protopapas exclamans: Ut benedicere hanc aquam digneris.

Chorus Græcus: Deus immortalis.

Chorus Latinus: Te rogamus audi nos.

Diaconus: Oremus.

Protopapas, ut supra: Ut benedicere, & sanctificare hanc aquam digneris.

Chorus Græcus: Deus regenerationis, & salutis.

Chorus Latinus: Te rogamus audi nos.

Diaconus: Oremus.

Protopapas, ut sup. Ut benedicere, sanctificare, & consecrare hanc aquam digneris.

Chorus Græcus: Qui venturus es judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Chorus Latinus: Te rogamus audi nos.

Dum prope finem hæc cantantur, procedit solemniter Patrinus ^a de Pastophorio

ⁱ Patrinus. Vide Dissert. pag. 128.

^a Pastophorio. Locus, in quo indumenta, & vasa reconduntur.

phorio ornatus pretiosissimis vestibus, nobili y orario humeros tegens, & Jesum Christum crucifixum defert medius inter Diaconum, & Subdiaconum, præcedentibus, ac subsequenter multis Clericis, ac populo cum cereis accensis, & Acoluthis incensantibus z Crucem illam. Et sic ordinatim vadit ad Narthecem, ubi adest alveus aquarum, & Chorus, qui peragit benedictionem magnam Theophaniorum: quò statim ac perventum fuerit, sistit se ante alveum. Et tunc Protopapas conversus opportunè ad Crucem, profundè inclinaturs altiori, & magis canorâ voce dicit:

Sic ergo benedicere, sanctificare, & consecrare banc aquam Domine Deus noster: qui per Angelum tuum fontem aquarum ostendisti, & ex eo Israëlẽ sitientem potasti: qui pueri tui Abraham in Mesopotamia preces exaudisti; & alia desideria sui cordis im-

y Orarium. Vide Dissertat. pag. 125.

z Crucem illam. Quenam fuerit Crux hæc diximus in Dissertat. pag. 119. & seq.

*implevisti : qui famulo tuo Moysi in deserto
petram percutere , & ex ea aquam producere ,
& populum reficere , & irrigare iussisti .*

Chori respondent : *Amen .*

Hic Protopapas postquam Crucem ipsam incensans adoraverit , unâ cum universo populo astante , & circumdante alveum aquarum cum luminaribus ; de manibus Patrini reverenter accipit illam , & ter ^a immergendo Crucem ipsam in aquam , altâ , canorâ voce subjungit :

*Tu omnipotens , & sempiternus Deus ,
qui aquam amaram immisso ligno dulcem fecisti ;
benedicere , & sanctificare digneris hanc aquam
in nomine Patris , immergit primò , & Filii ,
immergit secundò , & Spiritus Sancti : immergit tertid .*

Quo factò eam erigit in altum , & interim Diaconus clamat : *Capita vestra
Domino inclinate .* Et Protopapas submissâ voce ait :

*Domine Deus , & Pater omnipotens ,
qui*

^a Immergendo . Vide Dissertat. pag. 130.

^b Cru-


qui pro nobis in ligno Crucis pependisti, & pretioso sanguine tuo nos à peccatorum, & demonis potestate liberasti; effunde super hanc creaturam aquæ potentie tue virtutem. Da ei quæsumus robur: infunde ei clementiâ largitatis tue vim, & salutem contra omnes nostros adversarios: eâ conspersâ fugiant terribili demones, quiescat mare, luceat Cælum, sordes lavet, mundet peccata. Quia tu in excelsis habitas, & humilia respicis, & tibi gloriam referimus. Tibi Patri, Tibi Filio, Tibique Spiritui Sancto. Amen.

Postea Protopapas accedit ad alveum, & aquas ^b Cruce sulcat, ter signans, & cantans: ^c In Nomine Pa * tris ad Occidentem: & Fi * lii ad Australem plagam, & Spiritus * Sancti ad Aquilonem, hoc modo:

Quo

^b Cruce sulcat. Vide Dissert. pag. 134. & 136.

^c In Nomine, &c. Vide quæ latè diximus in Dissert. pag. 141.



Quo facto Præcentores cantorâ voce cantant Antiphonas : *Baptizatur Christus, & sanctificatur omnis mundus : & tribuit nobis remissionem peccatorum . Aquâ, & Spiritu omnes purificamur .*

Baptizat Miles Regem : Servus Dominum suum : Johannes Salvatorem : Aqua Jordanis stupuit : Columba protestatur : Paterna vox audita est . Hic est Filius meus dilectus , in quo mihi bene complacui .

Dum hæc cantantur, Protopapas reddit Crucem Patrino, eam incensat : qui Patrinus eodem modo refert illam ad Cimeter-

† Cimeteriam . Vide Dissertat. pag. 121. & 123.
e San-

harcham in Pastophorium. Et Protopapae canendo sequitur:

Illud etiam rogamus, & petimus Deus omnipotens; ut sicut ad domum Raguelis Sanctum Angelum tuum Raphaëlem mittere dignatus es, ut Asmodaeum demonem colligaret, simile quoque beneficium domibus nostris impertiri digneris, ut ubicumque haec unda aspersa fuerit, nunquam malignus spiritus in eadem domo consistendi, vel commorandi habeat potestatem, sed confusus protinus, & dissipatus discedat. Per Christum Dominum nostrum, per quem Majestatem tuam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates: Caeli quoque, & Caelorum virtutes omnes cum beatis Seraphim sociâ exultatione concelebrant: cum quibus & nostras voces jungere deprecamur clamantes.

Chori etiam clamant: e Sanctus, Sanctus,

e Sanctus, &c. Inspice vetustissimum morem, quo Sacerdos unâ cum Clero hymnum hujusmodi occinebat: quem Græci *Epinicion* vocant, sive triumphalem. Quod institutum esse à Sixto Primo liber Pontificalis docet. Et quia temporibus Caroli Magni Presbyterorum nonnulli, ut se in Missa citius expedirent, dum

*Etus, Sanctus. Plena sunt omnia cœlestia,
& terrestria sublimi gloriâ ejus.*

Deinde Protopapas sequitur submissâ voce.

*Verè sanctus, verè benedictus, terribilis, metuendus, & adorandus, & Domine Deus noster ab occultis nostris munda nos, & ab alienis parce servis tuis; ut cum fiducia valeamus dicere orationem illam regalem, quam Dominus, & Salvator noster per Evangelium suum orare docuit dicens: f Pater noster, &c. Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris. Libera nos quæsumus Domine famulos, & famulas tuas à gladio,
& fa-*

dum Populus canebat hymnum præfatum, Canonem absolvebant; hujusmodi abusum vetitum reperimus ab eodem Imperatore anno 789. Cæterum Græcis tria fuisse Liturgicorum hymnorum genera observat Goarius ad Missam Chrysostomi: *Angelicam* scilicet, *Trisagion*, & *Epinicion*. At hæc ab eorum Scriptoribus non semel ad invicem confundi notat Bona Rer. Liturg. lib. 2. cap. 10.

f Pater noster, &c. Et hanc orationem olim in Græcorum Liturgia à Populo cani consuevisse tradit Gregorius lib. 7. epist. 64. Nunc verò nobiscum conveniunt, & eam solus Sacerdos pronunciat.

Et fume, Et tentatione diaboli, Et percussione sacali, Et ab infirmitatibus malis per Salvatorem, Et Redemptorem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, Et regnat per secula seculorum.

Chori respondent: Amen.

Sequitur Protopapas altâ voce: Domine sancte, Pater omnipotens, Deus eterne, Pater Domini nostri Jesu Christi, Deus Abraham, Deus Isaac, Et Deus Jacob, exorcizando istam creaturam salis, Et aquae, precor te, ut me exaudire digneris in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, Filii Dei vivi, Regis, Et Judicis nostri, ut sit purgatio, Et purificatio omnibus hominibus, atque in eis, in quibus aspersa fuerit, habeat potestatem ad fugandos immundos, Et phantasmaticos spiritus, Et omne nefas diabolicum, atque omnia praestigia, Et minas Satanae. Concedatur etiam ei potestas ad effuganda fulgura, Et grandines, Et omnes adversitates humanae naturae, ut non possit spiritus immundus nocere illis locis, in quibus fuerit aspersa, sed confusus, Et dissipatus.

*ſipatus abſcedat per virtutem Domini noſtri
Jeſu Chriſti Regis, qui cum Deo Patre vivit,
& regnat per omnia ſacula ſeculorum.
Amen.*

*Adjuro te creatura ſalis, & aquæ in
nomine Pa * tris, & Fi * lii, & Spi-
ritus * Sancti. Adjuro te in nomine Domini
noſtri Jeſu Chriſti, qui ſuper te ſuis ſanctis
pedibus ambulavit. Adjuro te per eum, qui
Apoſtoliſ ſuis præcepit dicens: Ite baptizan-
tes omnes gentes in nomine Patris, & Fi-
lii, et Spiritus Sancti: per ipſius nomen ad-
juro te, ut ubicumque aſperſa fueris, omne
phantasma, omnes conatus diaboli eradican-
tur, et diſpereant per Deum vivum * per
Deum verum * per Deum omnium Creato-
rem, ut neque hominibus, neque domibus,
neque navibus, neque agris, neque campis,
neque ſylvis, neque pecoribus, neque fragi-
bus, neque arboribus noceas per Dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui
venturus eſt judicare vivos, et mortuos, et
ſæculum per ignem. Amen.*

*Deus, qui ad ſalutem humani generis
quedam maxima Sacramenta in aquarum
sub-*

substantia fecisti , adesto propitius precibus nostris , ut huic elemento multimodis purificationibus preparato , virtutem tuæ benedictionis infundas , ut creatura tua militiis tuis serviens ad abjiciendos daemones , morbosque pellendos divinae gratiae sumat effectum , ut quidquid in domibus , vel locis fidelium hæc unda resperserit , careat omni immunditiâ , liberetur à noxa , non illi resideat spiritus pestilens , non aura corrumpens , discedant omnes insulæ latentis inimici , et si quid est , quod aut incolumitati habitantium invidet , aut quieti , asperione hujus aquæ effugiat , atque discedat , ut salubritas per invocationem tui nominis expetita , ab omnibus impugnationibus tuta permaneat . Per eum , qui venturus est judicare vivos , et mortuos , et sæculum per ignem .

Deinde Protopapas voce remissiori dicit : Sanctificatio , et benedictio Dei Patris , et Filii , et Spiritus Sancti descendat super hanc creaturam salis , et aquæ .

Chori respondent : Amen .

Protopapas incipit Symbolum Apostolorum voce altâ , & canorâ , & Chorus

I :

La-

Latinus, & Græcus respondet alternatim per versiculos cantando pari tono vocis usque ad finem. Finito Credo, Diaconus cantat:

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 3. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato, & orante, &c. usque ad illa verba: Jesus autem plenus Spiritu Sancto regressus est à Jordane.

Completo Evangelio Protopapas non stans, sed genuflexus in medio Narthecis ante Crucem prope alveum aquarum dicit altâ, & canorâ voce: *Gloria Patri, Gloria Filio, Gloria Spiritui Sancto.*

Respondet Chorus Latinorum, & Græcorum alternatim propriâ linguâ, ut supra. *Gloria, &c.*

Protopapas: *Laus Patri, Laus Filio, Laus Spiritui Sancto.*

Respondet Chorus, ut supra: *Laus Patri, &c.*

Protopapas: *Honor Patri, Honor Filio, Honor Spiritui Sancto.*

Respondet Chorus, ut supra: *Honor Patri, etc.* Pro-

f Non stans. Vide quæ dicta sunt in Dissert. pag. 161.

Protopapas: *Deo omnipotenti benedictio,
et super omnia laudabili in secula seculo-
rum.*

Respondet Chorus, ut supra: *Gloria
Patri, etc.*

Hoc finito Protopapas surgens intin-
git aspergillum ex hyslopo in alveo aquæ
benedictæ, & dat Venerabili Abbati, &
Venerabilis Abbas aspergit primùm se, &
postea Protopapam, qui accepto ab eodem
Domino Abbate aspergillo, eadem aquâ be-
nedictâ aspergit per circuitum primò Cle-
rum, & deinde populum, & interim di-
cit remissâ voce: *Asperges me Domine hys-
sopo, et mandabor, etc.*

Præcentores interim canorâ voce can-
tant psalm. 116. *Laudate Dominum omnes
gentes, etc.* Finito psalmo, & completâ
aspersione populi, Protopapas stans ante
Crucem dicit:

*Offende nobis Domine misericordiam
tuam.* Respondit Chor. alternatim, ut sup.

Visita nos Deus noster in salutaris nostro.

Protop. *Mitte nobis Deus auxilium
tuum.*

Ii 2

Cho-

Chorus. *Et super tuere nos Deus noster in brachio tuo.*

Protop. *Ab omni malo eripe nos Domine.*

Chorus. *Omnia bona concede nobis Deus omnipotens.*

Protop. *Exaudi supplicationes nostras Domine.*

Chorus. *Suscipe clamores nostros misericors Deus.*

Deinde Populus vasculo sumit aquam benedictam ex alveo, & interim Protopapas dicit altâ voce.

Effunde Domine benedictiones tuas super universos sicut aquam.

Chorus. *Et rore gratie tua cunctos sanctifica.*

Præcentores canunt: *Revertamur pacifice in pace.* Et Diaconus dicit: *Ite cum pace.*

Et sic feliciter terminat Ritus magnæ sanctificationis, & benedictionis aquarum in majori Ecclesia Neritonensi.

F I N I S.

I N.

INDEX RERUM.

- A** & in literis Episcoporum, pag. 107.
A Abbatibus, quando Pontificatum in-
 dumentorum usus concessus 214.
Africanorum error ab Augustino cor-
 rectus. 189.
Albanensium Archipresbyteri, 99. In co-
 rum Ecclesiis die Epiphaniæ aqua bene-
 dicitur. 58. Mos conclamandi in Cho-
 reis 216. **A** dextra in sinistram se o-
 gnant. 141.
Alleluja unde. 216.
Altemontii in Brutiis Protopapas 110. Al-
 tomontani, præmisso Crucis signo sub-
 scribunt. 11.
Amen in veteri Ecclesia cani solitum. 213.
Antiphonæ. 211.
Antistites versâ ad Orientem facie, sacra-
 poragebant. 155.
Apostolorum in Ecclesiis erigendis oeco-
 nomia.

- nomia.** 74.
- Aquæ Baptismalis consecrandæ vetustissimus Ecclesiæ mos.** 40.
- Aqua benedicta à Græcis hausta.** 50. Ejusdem benedicendæ hora incerta. 42. In Ecclesiis asservari solita. 52. Ex ea communionis loco nonnulli Græcorum hauriebant. 54. Poenitentes, item 54. Catechumeni item 55. Incorrupta quandoque per annos servabatur. 57.
- Aquæ minoris benedictionis institutio, cui tribuenda.** 68.
- Aquâ refectâ Nolanus populus aspersus.** 64.
- Argumentum Diaboli apud veteriores quid significet.** 137.
- Arrii Hæresis per scripturatum explanationem à Patribus conficiebatur.** 156.
- Attendamus, Formula à Græcis Diaconibus usurpata.** 226.
- Author de Memorab. Eccles. Hydruntinæ laudatur, & expenditur.** 198.
- B**aptismus quo tempore olim celebrabatur. 5
- Baptismus Paschæ, & Pentecostes quando ducuntur in Ecclesia, 9. cur desierit.**

rit. 12. Per totam octavam Pasche ad-	
ministrabatur. 35. Cur ad horam no-	
nam quandoque celebratus.	43.
Baptismus <i>Cruceis signaculum</i> dictus.	135.
Baptisteria ad Australem plagam construc-	
bantur.	140.
Basilianorum Cruz in magna aquarum be-	
nedictione.	158.
Benedictio aquarum in Epiphania duplex	
apud Græcos. 48. In vespers quando-	
que facta.	47.
Biothanati.	238.

C

C Ampanarum benedictio.	124.
Cardinalis de Sancta Severina lite-	
re.	201.
Catechumeni in Narthecæ audiebant.	138.
Cathedrales Ecclesiæ <i>Seniores</i> olim dictæ.	
	106.
Cerei baptizandis dati. 28. & 212. eorum usus	
in Ecclesia diurno etiam tempore.	38.
Cereæ Cruces in fontibus immissæ.	131.
Populis distributæ.	132.
Changius notatus.	154.
Chori Græci, & Latini alternatim canen-	
tes.	126.

Chry-

Chrysostomi loca conciliata :	45.
Cimeliarcha 121. Ejusdem officium.	123.
Columbæ super Baptistéria.	8.
Convivia Christianorum.	191.
Constitutiones Apostolicæ ab Hæreticis interpolatæ,	68.
Cruz in aqua benedicenda immersa	130.
ejusdem signo benedictiones perficiuntur	134.
Stationaria quæ	119.
Cimeliolum quandoque dicta	22.
Ejusdem ligno Græci aquas benedicendas fulcant.	136.

D

D Extera pars in Ecclesiis more Græcorum, & Latinorum unde sumpta, pag. 145. & 152.

Dies Luminum. 75.

Dies Natales, & Emortuales Martyrum cur immutati, 36.

Disciplinæ leges immutari, & tolli quandoque possunt. 173.

Dogma quomodo differat à disciplina 169.

Illi quidquam addere, vel detrahre vetitum. 170.

E

Ejusdem Græcorum. 131.

E Ecclesiæ Romanæ antiquitas constructæ

Ætæ Sacrarium ad Occidentem habebant.	147.
Ecclesiarum frons quæ.	148.
Επιτεχνη Græcorum.	131.
Epiphaniæ dies Baptismo à Græcis additus 14. Una olim cum die Natalis Domini solemnitas 16. Ejus nomen unde 18. Quando altera à die Natalis Domini 19. Cur <i>dies Luminum</i> dicta 25. Ejusdem sollemnè pervigilium apud Græcos.	46.
Episcoporum conventus pro dogmatis tuendis.	172.
Esufflationes Dæmonum ad Occidentem fiebant 13. Earumdē antiquus mos. 226.	
Evangelium Græcè, & Latinè Constantinopoli lectum 101. Neriti item.	100.
Evangeliorum liber.	125.
Eucharistiam manibus olim percipiebant Fideles.	50.
Eusebii locus illustratus.	162.
Exorcismi in Ecclesia antiquus mos.	228.

F

Estum adorationis Crucis apud Græcos.	123.
Fontes lustrales.	49.

Kk

Frons

Frons Ecclesiarum: 128.

G

Gabriel Albaspinæus notatus. 26.

Graecorum cultus erga Crucem. 132.

Græci à dextra in sinistram se signant.

141. Ab ingredientibus in Ecclesiam dexterum latum auspicantur 147. & 153.

Ad Orientem orant 149. Stantes orant

167. Quando genibus flexis. 163.

Græci Ritus in Ecclesia Galatenensi 114.

à Latinis usurpati. 176.

Græca lingua nobilior habita. 102.

Gregorii Nazianzeni Oratio ad Sancta Lumina quando habita. 32. & 33.

H

Hæretici nostros Ritus adversantur.

168. Ecclesiæ sanctiores cæremonias pessumdedere. 182.

Hora benedicendæ aquæ Baptismi incerta. 42.

Hospinianus correctus. 29.

I

Jacobus Archiepiscopus Hydruntinus. 199.

Jejunium olim baptizandis indictum. 26.

Jejunium Graecorum in vigilia Epiphaniæ.

niae.	51.
Idola quae apud v̄eteres.	227.
Imaginam cultus cur à Catholicis defen- sus.	184.
Imperatores in Nummis ad dexteram B. Virginis.	146.
Infantes olim quando baptizati.	6.
Insufflationis antiquus mos.	226.

L

L Atini ab exeuntibus in Ecclesiam dex- teram auspicabantur.	147.
Lectiones Prophetarum à quibus olim le- gerentur in Ecclesia.	224.
Locus, in quo Graeci minorem Fontis be- nedictionem peragebant.	49.
Lumina in festo Purificationis.	36.

M

M Abillonius expensus.	106.
Macrius in correctione Sacramen- tarii notatus.	129.
Magicae artis molimina.	238.
Malus pro Daemone apud veteres.	227.
Minoris Benedictionis aquarum institu- tio.	67.
Mitra Episcoporum.	213.
Monicae Augustini Matris sollicitudo.	178.

Kk 2 Mo-

Monachi, *Monotropenses* dicti 60. Eorum
 Ecclesias *Basilicas* dixerunt veteres. 106.
 Monachi Graeci Neritinam Ecclesiam ad-
 ministrarunt. 86.
 Moscovitae Crucem Pueris baptizatis col-
 lo appendunt. 137.
Mysterii vox unde dicta. 237.

N

N Arthex. 138. & 212.
 Natalis, & Epiphaniae solemnitas
 una olim. 19.
 Neritina Ecclesia quando habuit Episcopos
 83. Graecas gentes complectebatur 92.
 & 95. Graeci ejusdem ritus 86. Cur eos
 admiserit 100. ad Benedictinos transivit
 olim. 90.

O

O AN in Graecorum imaginibus. 107.
 Opinio Graecarum Ecclesiarum de
 die Natali Domini 15. Minoris Asiae
 Episcoporum de die celebrandi Pascha-
 tis 183. de Baptismo Haereticorum ibid.
 Oratores Graeci, & Latini Neritinis da-
 ti. 103.
 Orarium vestis Diaconorum, & nonnulla
 huc spectantia. 125.
 Or-

Ordo Ecclesiae Consentinae.	105.
Ottius Calvinista confutatus.	38.

P

P <i>Aps</i> Nomen.	207
Pastophorium.	240.
<i>Pater Noster</i> Oratio Dominicalis.	246.
Patrinus.	124.
Pauli Apostoli Romam adventus.	81.
Pauli Emeseni homilia de die Natali Do- mini quando habita.	20.
Pedus Episcoporum.	213.
Petrus Romæ, & Antiochiæ Ecclesias con- struit 130. Ejusdem in Italiam iter 79.	
Itineris Affecclæ.	76.
Philippus Archiep. Hydruntinus.	195.
Phocas Imperator Latino ritui infestus.	88.
Photii Constantinopolitani querelæ con- tra rituum varietatem.	180.
Praecentores.	212.
Praesulum zelus in ritibus Ecclesiasticis.	178.
Praesules à Petro Apostolo Civitatibus da- ti.	79.
Presbyteri <i>Papæ</i> olim dicti.	111.
Procopius Martyr in Litaniis Graecorum Neriton.	218.
Protopapa Graecorum dignitas.	110.

Pro-

Protopapā Altomontanus cæteris Presbyteris præerat. 110.

Protopapæ Galatenensium magnā aquarum benedictionem Neriti peragebant. 112.

Psalmi Baptismales. 217.

Purificationis festum quando celebratū 21.

32. & 39. An dies *Luminum* dictum. 29.

R

R Esponsorialia. 215.

Rituum abusus. 190.

Ritus indecori 188. ex Gentilibus moribus emanati 185. à Christianis diuturno usu sanctificati 187. Ex errore vulgi. 189.

Ritus Graeci in Latinorum Ecclesiis admissi. 176.

Rituum varietas Fidei non officit. 173.

Rodulphus de Cheurieres Apostolicus Visitator. 194.

S

S Acramenti vox latius sumpta. 223.

Sal *Sacramentum Catechumenorum* nuncupatum 160. & 133. In sacrificiis Hebraeorum adhibitum. 159.

Sanctus Sanctus, &c. Hymnus Liturgicus apud Graecos. 245.

Sinistra, an dextra honorificentior apud Anti-

Antiquos 143. in Ecclesia unde sum-	
pta.	145.
Statua pueri Jesu in aquam benedicendam	
immissa.	159.
Stationes, & Stationaria Crux.	119.
Stuppa succensa in populum immissa die	
Pentecostes.	65.

T

T Eccla in Litanis Græcorum Nērit.	220.
Θαλασσιον spatium ad colligendam	
aquam benedictam.	52.
Theodorus Martyr ibid.	219.
Theophylacti locus explicatus.	11.
Thomas Orfinius Apostolic. Visitator.	199.

V

V Arietas Rituum Fidem non læ-	
dit.	173.
Vigiliæ in majoribus anni solemnitatibus	
per totam noctem producebantur.	214.
Urna ejusque Inscriptio in Cœnobio Ros-	
sanensi.	59.
Ufus aquæ benedictæ à Gentilibus profectus,	
& in Ecclesia sanctificatus.	214.

F I N I S.

Sphalmata Typographica.

Pag. 2. linea 3. lege : *Ecclesia Græca* . **Pag. 11. 11.** *aſerente m.* **Pag. 26. 19. & 20.** *quam* . **Pag. 35. 24.** *Februario.* **Pag. 50. 10.** *Dominicale* . **Pag. 55. 14.** *tributo* . **Pag. 57. 24.** *mortes* . **Pag. 68. 12.** *Oſtueſi* . **Pag. 76. 3.** *carum* . **Pag. 127. 2. & alibi** *Codinum* . **Pag. 136. 4.** *Ligno* . **Pag. 144. 24.** *efformati* . **Pag. 168. 22.** *caſtris* . **25.** *crambem* . **Pag. 181. 5.** *quas* . **8.** *non videmus* . **11.** *illorum* . **Pag. 213. 11.** *Dextram, & ſiniſtrum* . **19.** *Mitram* . **Pag. 231. 12.** *excudit* .

*Nonnulla alia , quæ in excriptione MMSS.
feſtinanti ſubrepre.*

Pag. 95. lin. 2. lege: *tria millia* . **7.** *Puteovivi* . **18.** *Lacignani* . **Pag. 194. 19.** *MCCLXVII* . **Pag. 20. 22.** *MDLXXXVII* . **25.** *MDCXV* . **Pag. 90. 16.** *una parte* . **Pag. 96. 24. & Pag. 97. 2.** *Nicolaus de Alamis* . **Pag. 196. 11.** *Petro Polidoro* .

28
F

41
B

2.

